



Relatio ad Sacram Caesaream Maiestatem, eorum, quae per Suae Maiestatis commissarios in negotio Pacificationis Belgicae, Coloniae peracta sunt, anno M. D. LXXIX.

<https://hdl.handle.net/1874/455227>

3

RELATIO
AD SACRAM
CAESAREAM MAIE-
STATEM, EORVM, QVAE
PER SVAE MAIES TATIS COM-
missarios in negotio Pacificationis Bel-
gicæ, Coloniæ peracta sunt,
Anno

M. D. LXXIX.

*Ex Germanico in Latinum sermonem
traducta.*



COLONIAE,
Apud Ludouicum Alectorium, & hæredes
Iacobi Soteris.

M. D. LXXIX.

RELATIO
AD SACRAM
CAESAREAM MARE
STATUM EORVM QVAM
PER SUAM MATERIALEM
BICCGOPIA EXCEPIT
ANNO
M D LXXX

A COMMUNIONE
IN POMPEI



CORALIA

THEATRUM
PERSONARUM
ACTORUM

M D LXXXVII

III.

Potentissime, & Invictissime Imperator, Domine clementissime: Cum annis aliquot continuis in Serenissimi Regis Hispaniarum inferioris Germaniae Burgundicis, eiusque hereditariis prouincijs perturbationes, ac motus graues coorti sint, adeoque excreuerint, ut eorum causa inter ipsum Regem, eiusque subditos, bellum perniciosissimum, ac nocentissimum pariter exortum sit: cuius incrementum ac calamitas ad interitum, & euersionem vniuersae inferioris Germanie tendat, ac Sacro Romano Imperio, cuius pars ac membrum Burgundicæ prouinciæ non sunt exiguum, & domui Austriacæ non leue præiudicium adferat: non temere Cæs. tua Maiest. sollicitudine paterna, quo huic malo ac calamitati perniciosissimæ occurri & mederi, ac subditi Regi, Principi naturali ac Domino suo reconciliari, pristinæque paci, ac tranquillitati restitui possint, eiusmodi querelis ad Maiestatem T. relatis, munus Pacificationis bono publico mota, absque difficultate suscepit.

Quod autem Cæs. tua Maiest. tum negotiorum Imperij multitudine, ac grauitate, tum verò hereditiarum terrarum, & indies succrescentium periculorum causa, prouincijs ac terris commemo- ratis abesse, ac Pacificationis tractationi interesse sine magno incommodo haud potuerit, & idcirco causæ commemoratae nos Commis- sarios præfecerit, ac destinari: post sedulas tamen, ac frequentes ex- cusationes nostras, cum ob negotij ipsius difficultatem, tum verò ob partium conditiones, Cæs. tua Maiest. commissionem nostram maiori instantia urgente, ac requirente, ad declarandam erga tuam Maiest. obedientiam ac reuerentiam nostram, eam, qua nos decet, promptitudine, ac alacritate suscepimus.

Cum itaque Cæs. tua Maiestas 2. Ianuarij anni presentis M. D. LXXIX. scilicet, tam nobis deputatis Commissarijs, quam ipsi met- partibus certum, ac definitum tempus inchoandi negotij Pacificati- onis assignandum esse, quod ad eam auspicandam ac delegationi no- stræ parendū magis instructi essemus, statuisset; decimanona tamen Februarij à Maiest. tua nobis significatum fuit, ab inferioris Germaniae partibus, seu Burgundie Statibus difficultates quædam, quorundam sub- incidentium causa, negotium Pacificationis quæ romorentur, sub- ortas videri: ac proinde inferioris Germanie Status etiam eo tempo- re non ita plenè, purè, ac simpliciter, ut Hispaniarum Regem, nego- tium pacificationis tuæ Maiest. tentandum, ac conficiendum sub- mississe, ac difficultates ab illis ratione loci, vrbis scilicet Coloniensis, etiam conquisitas esse. Nihilominus tamen tua Maiestas decreuit, ac nobis mandauit boni publici amore, & calamitatū inferioris Germanie haud dubie miserta, ut Dominica Lætare 29. die mēsis Martij an- ni præfati negotij pacificationis commissi inchoandi, ac (Deo dante)

III.

ad exoptatum finem perducendigratia Coloniam commigrantes cōueniremus, vt etiam Cæs. T. Ma. Hispaniarum Regis Mandatario Duci de Terra nouain aula tuæ Ma. per id temporis hærentis coram significauit, ac Inferioris Germaniæ Burgundicis Statibus idipsum literis perscriptis insinuaricurauit.

Postquam igitur præter superiora mandata à tua Ma. die xvij. Martij, adiuncta illi cōuenienti ac plenaria instruētione, idem vrgens quod superiora, mandatum nobis allatū esset, nulla mora interiecta, tuæ Cæs. Ma. parendo, paulo post Dominicam Lætare ad mensis Aprilis initium eodem fere tempore cum Sanctis. Pontificis Max. Nuncio Dom. Ioanne Baptista Castanæo Archiepiscopo Rossanensi, ac Domino Carolo ab Arragonia, Principe Castriueterani, Duce de Terra noua, Regis Hisp. Legato, seu Mandatario Coloniam ingressi sumus, ac statim ad nos, vt tuæ Ma. Comissarios, sese amici nostri Illust. Principis Iuliæ &c. Consiliarij conferūt, ac cur corām conuentui nostro Illust. Princeps Iuliæ &c. interesse minus possit, causas, ac rationabiles excusationes attulere, & ab eius Illust. Cels. præfatos Consiliarios loco Principis sui ablegatos, ac mandato ad eam rem designatos esse, eiustenoris literas exhibuerunt, vt inferius num. I. registratum. In quo etiam consiliariorum nomina, & subdelegationis facultas reperitur.

Cū vero Statuū Inferioris Germaniæ per id temporis nemo adseretur, aut etiā de eorū Legatorū aduentu nihil nobis constaret, vel significaretur: nos peculiari, ac proprio nūcio Antuerpiā ablegato Statuū Deputatis litera transferri curauimus, ac Cæs. Ma. tuæ clementissimā voluntatē & mā datum, similiter Regij Legati, vel Mandatarij aduentū seu præsentiam ijs significauimus, eosque admonuimus, vt si ne longiori mora sese Coloniā conferāt, ac insuper Cæs. T. Ma. auctoritate ac nomine à nobis subscriptum, ac sigillatum saluū cōductum transmisimus, & similiter à me Archiepiscopo Colon, Principe Eleitore a cā nostro Cōsiliariorū Iuliæ, &c. Illus. ac Clem. Principe, ad omnem amouendā tergiuersationis occasionem, particularis etiā Saluus Cōductus Statuū Deputatis trāmissus est, vt inferius num. 2. 3. 4. & 5.

Præsentiam itaque Deputatorū Statuum per reliquū tēpus mensis Aprilis ad quartā vsq; diem mensis Maij, quo primum eorū Legati Coloniā ingressi sunt, expectātes desiderauimus. Horū autē nomina, dignitas, & conditio in mandato ab ipsis exhibito inferius continētur.

Ad illorū itaque aduentū, Omnipotētis Dei clemētia, Cōmis̄ionis nostrę instruētione Pacificationis negotiū cū vtriusq; Partis Mādatarijs summo studio, & labore, prout nobis possibile fuit, ac tēpora hæctulere, auspicati sumus, ac in eo pro negotiij statu, seu cōditione à nobis processum est iuxta præsentis Protocollī seu coarctatæ abbreviaturæ designationē, & inferius registrata eius idiomatis, quo nobis exhibita fuerunt, documenta.

Et cum inter nos deputatos scilicet Commissarios preparatoriū rationē cōuenisset, die Septima Maij Legatum, seu Mandatariū

V.

biū Serenissimi Regis Hispaniarū, Ducē de Terra nouā euocauimus;
ac eius Dilectioni & Illustris. Cels. requisitis & necessarijs præmissis,
breuiter præsentē conditionem rerum Burgundicarū, tuæq; Maiest.
Mandati ac Commissionis nostræ substantiam explicauimus, cumq;
designatione literarum fiduciariarū, iuxta tenorem instructionis no-
stræ præfato Duci fidem plenissimā fecimus, ac vtiles & ad negotium
Pacificationis necessarias commonefactiones sedulō adhibuimus;
Mandatumque nobis suum exhiberi postulauimus.

Ad hæc prefatus Dux de Terra noua, Regis Hispaniarū, ac suæ di-
lectionis nomine, Cœs. T. Maiest. atq; etiā nobis cum eorū repetitione,
quæ illi proposuimus, gratiis actis, quarundā rerū cōmemorationē
se ad præsentē Pacificationis tractationē syncerè, & vehemēter affici,
satis declarauit, & literis suis fiduciarijs apertis ac perlectis, Mandatū,
seu Commissionē suā in pergameno scriptā, Regis manu subsignatā,
& magno seu secreto Sigillo, vt vocant, sigillatā, vt num. 6. nobis exhi-
buit. Quod verò Cœs. T. Maiest. præfati Ducis Mandatū antea visum,
& secundū tenore instructionis nostræ tanquā sufficiens ac legale ap-
probatū esset, T. Maiest. césurę ac iudicio acquiescendū esse putauimus.

Sequenti die viij. Maii Legatos Statuū requisitiū, ac iis, quæ
moris & cōsuetudinis iuxta causæ requisita præmitti, peractis, eorum
leniter notato tardiori aduētu, ac præteriorū negotiorū breuire repe-
titione præmissa, literas nostras fiduciarias cōmunicauimus, ac tenore
& requisitione instructionis nostræ, &, quod ad eā rōm vtile fore exi-
stimaremus, circūstantiis omnibus partim vtilib⁹ ac necessariis diligē-
ter ponderatis, eos ad Pacificationis negotiū amplectendū ac promo-
uendū, eoq; suas actiones cōsiliaq; oīa intendāt, diligēter admonuim⁹:
ac cū reuerentiæ & officiorū significatione, vt Mandatū suū exhibere
nō grauētur, postulauimus. Ad hanc nostrā requisitionē Statuum Le-
gatiduas diuersi generis fiduciarias literas Gallico idiomate exaratas,
vt nu. 7. & 8. nobis exhibuere, ac gratiis actis, se hoc Pacificationis con-
uētu sedulō omniq; conatu aduigilaturos esse, quò suo Principi ac
Dño naturali recōciliari possint, receperē, quod etiā eius causa à suis
principalibus se alegatos affirmarent: Interim tamen literas à Prin-
cipi Auraico ad Ducis Arschotani dilectionē ac Illustr. Excellentiam
datas proposuere, num. 9. Quibus perlectis, ex iis constare affirmabāt,
Principem Parmentem, ac Dominum de Selles, de la Motte, & Mon-
tigny se se transactio ac pacis pactionibus immiscere, ac eo nomi-
ne cum Prouinciis quibusdam iam ad partem agi. Eos igitur scire cu-
pere, num Dux de Terra noua solus præ cæteris Mandatum Regium,
ac plenariam potestatem negotii Pacificationis tentandi, tractandi, &
cōficiendi à Regia Dignitate habeat: Quod si ita sit, particularia præ-
fatorum pacta ac conuentiones ad euersionem & Prouinciarum di-
fractionem à se mutuo solummodo pertinere, & ad præiudiciū Cœs.
T. Maiestatis, ac simul auitoritatis nostræ diminutionem hæc face-
re. Exhibent deinde Mandatum pergameno inscriptum, numero 10.

VI.

gratijs interim nobis laboris suscepti actis, cū ea requisitione, quod eorum maior numerus Germanicum idioma vix caperet, vt illis Latino, vel Gallico sua proponere & exhibere liceret. Ad nostram concessionem ac pariter etiam petitionem, vt Latino vel Germanico idiomate, & in scriptis ageretur, quod etiā Duc de Terra noua significatum est, ea, quæ oratione complexi erant, in scripturam redegerūt, & ad Protocollum exhibuerunt, vt *num. 11.* registratum. Atq; hæc eadem, quæ à Statuum Legatis scripto exhibita fuere, ad requisitionem eius, Regis Mandatario Duc de Terra noua communicauimus: ac in terce temporis ad Maij vndecimam Sanctiss. Domini nostri Nuncio, Domino Ioanni Baptiste Castanço, Archiepiscopo Rossanensi audientiam, dum id requireret, decreuimus: qui oratione & verbis suam legationem, ac Commissionem, vt *num. 12.* executus est. Quapropter & præfato Domino, Nuncio scilicet Apostolico, præter debitam reverentiam, ac gratiarum actionem, vt par erat, ac rei ratio ferret, respondimus.

Eodem die exhibuit Dux de Terra noua suas respōsiones ad querelas particulares, seu separatae tractationis causa, scripto à Statuum Legatis exhibitas, vt inferius *num. 13.* Duodecima Maij scriptum Ducis de Terra noua prænominatū in conuentione nostra perlectum est, ac instruētione nostra desuper examinata super eo consultauimus, ac Statuum Legatis eiusdem scripti tenorem communicauimus, ac post meridiem eiusdem diei Statuum Legatis plenius respondimus, scilicet. Quod quamvis Ducis de Terra noua resolutiones petitioni Legatorum minimè conformes existant, & à nobis eiusmodi controuersiarum disceptationes nō fuerint expectatae, nostamen nihilominus de nostra diligentia quippiā remittere nolle & in meliore partē, quantum quidem possibile fuerit, omnia interpretaturos. Ab ipsis verò Statuum Legatis mandati literas nobis exhibitas, diligenter perlectas esse: Verūm in ijs varios defectus, & vitia animaduersa, pro hac vice tamen nos nolle, ad principalis negotij ulteriorem dilationem cuitandam, desuper cum illis disceptare, nec de eorū potestate aut Commissione firmiori à suis Principalibus obtinenda nos diffidere, nec dubitare. Denuò tamen nos eos amicè ac beneuolè præmonere, ne mandati defectus occasionē in posterū maiora inconuenientia sequātur, vt de pleniori ac magis sufficienti mādato seu Cōmissione sibi prospiciant.

Secundo, præterquam quod bellī armorumque exercitium Partificationis tractationi multis de causis obesse possit, nos quoque à Cæstua Maiestate in mandatis habere, cuius sententię & nos quoque à essemus, utrinque arma, si non penitus & in vniuersum deponi, saltem ad tempus aliquod, huic tractationi quod sufficiat, quietcere ac inducias fieri debere: ac proinde nos, ne in eo grauatè nobis assentiantur, ab illis petere, cum vberiori aliarum rerum necessariarum commemoratione.

VII.

Tertio Pacificationis confiendæ caput principale, nūc aggrediendum esse: verum quod ijs totius præsentis controuersiæ status, initia, causæ, ac circumstantiæ ceteræ innotuerint, & proinde cum fructu tractationis præsentis initium facere commode possint: Nos petere, vt bona ac commoda media pacificationi exordiendæ, ac tandem confiendæ nobis communicare, ac proponere velint, sepositis alienoribus affectibus, ita moderatè rem vt agant, vt eorum erga pacem desiderium, ac affectionem, tam ex ipsa actione, quam ex verbis ac oratione illorū animaduertere nobis liceat, quo cū parte aduersa cōmodius ac fructuosius agi possit, finisque præsentis controuersiæ diu multumque exoptatus vel tandem obtineri valeat, quod è re Patriæ, eo-rum etiā Legatorum scilicet præsentium, ac posteritatis, futurum sit.

Ad hæc Statuum Legati responderunt, se ad proximam diem super hac nostra requisitione tempus deliberandi petere, & copiam huius ac Regij mandati similiter postulare. nos ijs responderi mandauimus, tempus postulatum non displicere, sed quæ partibus hinc inde nos proponi mandamus ijs sine graui causa etiam scripto cōmunicare propter inconuenientia multa, quæ hinc orientur, ad negotijs principalis moram euitandam nobis inconsultum videri. Ad Copiam autem Mandati Regij quod attineret, eos non ignorare sui mādati defectum, cuius etiam parti aduersæ nondum Copia communica sit: cum temē mandatum Regium, formæ ac legalitatis sufficiens sit, & à Cæsar. Tua Maiesta. in nostra instructione approbatum nec nos illud reprobare. Proinde futurum esse, si Copia Mandati Regij ijs communicari contingat, vt Dux de Terra noua reciproce copiam Mandatiorum requirat, atque ex eiusdem defectu inconuenientia quedā & protelationes principalis negotijs necessario sequentur. Proinde communicationes Mandatorum vtrinque differendas, & in negotio principali procedendum, nos decernere, interim tandem nos eos denuo monere, vt mandato sufficienti sine mora vltori sese qualificant, & huic nostræ responsioni hac vice acquiescant.

Die xiiij. Maij rursus Statuum Legati comparuerunt, ac scrip-to, num. xiv. nobis exhibito, respōderunt, & hæc sequentia Latino idi-omate de Mandati sui qualitatibus, ac sufficientia proposuere. Se existi-mare mandatum, quod exhibuissent, esse sufficiētissimum, & plenis-simum, cupere se autem, si quos defectus in eo esse putaremus, hos illis significari: se omnem velle dare operam, vt ea ad voluntatem nostram repararentur. Sigillum quidem esse nouum, & à Statibus as-sumptum, propterea quod antea nullo alio, quam communi Bra-bantiae sigillo, vsi sint, & quia nos petiuerimus ea, quæ propone-rentur in scriptis fieri debere, se paratos esse, quæ iam dixi-sent, in scriptis exhibere exceptis iis, quæ de mandato ab ipsis dicta essent, quæ omisissent propterea, quod nos, quæ de mandatis hinc inde

VIII.

inde proposita fuissent, neutri parti adhuc communicanda: sed nobis ad partem reseruanda esse censuerimus. Hæc eadem, quæ à Statuum Legatis adducta fuere, à nobis in consultationem relata, et sententiis collectis, ijs nos de punctis seu capitibus adductis, excepta Mandati cōtrouersia, responderi mandauimus, nos etiam hoc eodem die cum Duce de Terra noua agere constituisse, et ad illorum instantiam defectus Mandati particulariter hoc ipso etiam tempore illis explicari debere mandauisse. In primis Mandatum communi Statuum omnium nomine scriptum, ac datum esse, sed illorum neminem, quorum tamen sint decem et septem, in eo nominatum, sic nec ullam Cuiatum in eo mandato comprehensam esse, cum tamen earum multe cœlebres, et sub Statibus comprehensa sint, nec à particularibus Provincijs Mandatum illud sigillatum esse, similiter nec purum, nec categoricum, sed conditionale esse, quod ad instructionem Statuum in eo relatio fiat: quam tamen ut exhiberent, nos ab ijs non requisiuit, et, quod maximum est, Mandatum illorum ad sex septimanas restitutum esse. Proinde ab aduersa parte cum ob defectus enumeratos, parti aduersæ, quam nobis notum sit, quibus principale negotium remorarentur, difficultates, ac disceptationes, idque non temere, subnotari possent: quæ missa facere volumus, ac interim admonere, ac hotestent.

Eodem die post meridiem Ducem de Terra noua requisiuit, ac ei significari mandauimus, nos in Scriptis nobis ab eo exhibtam responsionem Statuum Legatis communicasse, ac eos suam responsionem, seu replicationem exhibuisse, quam ipsi communicarimus. Eodem tempore, tenore nobis à Cesa. Tua Maiestate transmissæ instructionis, alijsque causis prægnantibus specialiter commemorationis, et quod id ipsum nobis ad rem præsentem quam maximè utile esset videretur, ab utraque parte armorum exercitum, si non in viuendum, saltem ad tempus aliquod pacificationi conficienda sufficiens deponi, ac inducias fieri (quod et ab ea re Statuum Legatos non alienos esse comperissemus) non inconueniens fore iudicavimus.

Petere itaque nos in primis Tuæ Maiestatis, ac nostro etiam nomine, ut hac in re nobis obsequi velit, ad causæ principalis bonumfænum facilius assequendum, cum enim utile futurum sit subditorum auimos conturbatos, quantum quidem possibile omni acerbitate sublata, leniri ac mitigari, hoc medium (iuspensionis armorū scilicet) ad eam rem vehementer profuturum, ac negotij inchoandi successus feliores allaturum esse. Cum autem ad negotium principale pacificationis nobis iam progrediendum sit, & nos statum seu conditionem Provinciarum non tam accurate nobis perspectum ha-

IX.

beamus, ut media Pacificationis commoda utriusque parti statim ab initio proponere possimus, à Statuum Legatis proinde nos, ut negotium aufpicari velint, ac media pacificationis ineundæ exhibere nō graventur, postulauisse. Quod vero Statuum Legati se difficiles præbuerint, quasi à Regis Mandatario hoc fieri deberet, vt ex eorum scripta response patet, vt in eo præstanto se non reddat difficultem, sed de eiusmodi medijs ac conditionibus cogitet, eaque nobis explicet, quibus apud partē aduersam pacificationis tractatio inchoari, ac felicitate confici posset, omnibus circūstantijs pro rei grauitate, ac ponde- re accuratissimè, & copiosissimè explicatis, vt ea via & ratione de Principiis Parmensis, & aliorum etiam pactionibus pleniorē informatiōnem consequi possimus.

Ad hæc Dux de Terra noua nobis responderi fecit, se à nobis alterata ad tria puncta seu capita redigere: quod autem maiorem deliberationem requirant, se in scriptis ea sibi communicari petere, quo ijs magis pertinenter, & efficaciter respondeat. Quæ vis, ac potestas sit sui Mandati, aut Commissionis ex eius tenore cōstare, se vero Principi Parmensi, Regis gubernatori, eiusque cōmissioni nec formam, nec modum statuere posse: quod igitur ab eo factum sit potestate, ac vige re gubernationis ipsum facere potuisse, nec Statuum Legatos, quantum animaduerteret, nomine Arthesię & Hannonię, vt pro ijs agant, allegatos esse: Mandatum itaque, aut Commissionem ab ijs nō habere, quod si habeant, id vt exhibeant, quò, quid factō opus sit, sciat. Præterea inconuenienter subditis tempestiue ad Regem properantibus, aut cūm eo in gratiam redeuntibus viam aut occasionem præcludi affirmabat: idque se solū informationis gratia adiucere. Ad hæc Ducia nobis responsum est, ea, quæ ipsi proponi mandauissemus, ad instantiē & requisitionē partis aduersæ commemorata esse, & maiori partē inscripto Legatotū Statuum contineri, cætera vero solum admonitionis gratia adhibita fuisse. Nos cūpere à nobis omnem sinistram opinionem amoueri, quod scripto respondere inconueniens esse iudicemus, quemadmodum & parti aduersæ id denegatum; quod si notæ responses à sua parte minus intellectæ sint, vel dubitationis aquilid ei hac in re occurrat, habere meum (Archiepiscopi scilicet Treverensis) Cancellarium, ad eius instantiam & requisitionem, informādi & vlt̄erius declarandi mandatum, ac cōmissionem: Huic responso Dux de Terra noua cum gratiarum actione placide acquieuit.

Die xv. Maij postmeridiem exhibuit Dux de Terra noua suam resolutionem super replica, illi præcedenti audientia communicata, interim copiose nobis commemorari mandans, vt ex response Stātibus inferius data colligitur.

Die xvi. Maij Cæs. T. Maiestatis fratrī multū dilecti, singularis amici, ac clementissimi domini nostri, Archiducis Matthiae legatus, Antonius de le Laing, ad instantiam & requisitionem suam, audiens

X.

tiam obtinuit. Qui post exhibitionem fiduciariarū literarum, variarū ac diuersarum Conuentionum cum Prouincijs meminit, ac quid periculi alijs nationibus hinc etiam expectandum sit, cogitandum relinquit, ac proinde ad pacificationem conficiendam omnem operam, & industriam adhibendam, periculumque lamouendum diligenter horatatus est. Præterea binas literas originales Prouinciarum Arthesiæ, Hannoniæ, Insularum, Duacensium & Orchenium, ad deputatos Generalium Statuum Antuerpiam scriptas (num. 15. & 16.) nobis exhibuit. & cum hæc eadem à partibus, in tractatione negotij principalis proposita sint, Legato, post aliquod tempus, suo loco nos eius legationis, & petitionis in negotio principali pertractando, rationem habitueros, responderi mandauimus,

Eodem tempore resolutionem Ducis de Terra noua in consultationem, ac examinationem assumpsimus, & post meridiem eiusdem diei Statuum Legatos euocari, ac iis proponim mandauimus. Ea omnia, quæ nobis proxime exhibuissent, nos Regio Mandatario communicauiſſe, & eum ad primum punctum, seu caput tractationis seorsim scilicet hunc in modum respondisse. Se ea, de quibus Princeps Parmensis cum Prouinciis aut Statibus particularibus pacifceretur, aut transfigeret, nec reuocare, nec impedire posse, neque debere: quod Principi Parmensi gubernatio earundē Prouinciarum demandata, ac gladij potestas rebelles subditos obedientiæ Regiæ subiiciendos cōmissa, ac cōcredita sit. Principi itaque Parmensi reali executione commissa, quā nec ipse ab eo auocare posset, constare manifesto, vt Ducem Parmensem Regis subditos bonis medijs ad pacē & debitam obedientiā adducantē ullo modo impeditat, ipsi nō cōpetere, multo minus subditos pacis ac tranquillitatis cupidos, & in gratiā redire cū suo domino cupientes, non sine magno eorum detimento impedire, aut ab eo auocare.

Quod si vero Statuum Legati vniuersarum Prouinciarū, ac principiue Arthesiæ nomine, in hoc conuentu agendi potestatem, & idcirco Mandatum, ac Commissionem habeant, eam vt exhibere non gravuentur, & Ducem de Terra noua ad eorū requisitionem se debite responsurū polliceri. Nec nos etiā capere, vel intelligere posse pacta, vel transactiones Ducis Parmensis in Arthesia, & Hannonia, & Cæſ.T.M. aut etiā ad nostrę estimationis, seu reputationis diminutionē pertinentia: cum ad similem, & eundem plane finem hæ pactiones dirigantur, cum & in leuibus controuersijs, vt de re tam magni momenti, tāque periculoſe neglecta, nihil hic dicamus, nemo ad cōmunem utilitatem pacisci, aut transigere recte impediatur: Proinde nos huius punti, seu capitis quoque controuersiam ad utriusque partis nobis propositam declarationem, in tempus cōmodius seponimus. Interim nos rei necessitate cōmotos silentio præterire non posse, atque Statuum Legatos diligenter admonere & adhortari, cum id ex præsentibus controvērsijs requiri necessario intelligat, Mandatum legale, ac sufficiens si-

XI.

bis ut procurent, ne principale negotium eorum mora, vel protelatione impediatur, ac ut alia etiam inconuenientia praecaueri possint.

Ad suspensionem armorum quod attinet, nos Duce de Terra noua, Cæs. T. Ma. de ea iudicium, ac voluntatem, similiter & nostrâ censuram omnibus circumstantijs ornatam, ac rationibus debitiss confirmatam proposuimus, non sine spe, quod è re Prouinciarum futurū existimaremus, consequendi. Ducem tamen etiamnum nihil certire respondisse: Sed negotium pacificationis adhuc vagum & incertum esse è quo se expedire vix posset, satis aperte insinuauisse. Cum autē pro pediem ad Pacificationis præcipua ac potiora capita ventum esset, & à Partibus media requisita sint, in eo iam progrediendum Dux existimat, & ad ea producenda Legatos Statuum teneri, quod ijs negotiū magis perspectum sit, & sciant, de quo conqueri debeant, & quid illis iniuriarum temere, & sine causa illatum sit, quò occasionem habeat Regis nomine de armorum suspensione, pro rei commoditate, prouidendi, ac disponendi: proinde etiam nos existimare, neque de eo dubitare, eosque insuper admonere, ne sese, ac proprium suum, suorumque cōmodum remorentur: sed bonū initiū rei statuant: quod omnes circumstantijs, ac presentis controversiē status cōditioquē, nullis melius, quam ipsis innotuerit, de medijs æquis ad pacem & tranquillitatē spectantibus cogitent: vt cum fructu apud partem aduersam tractatio Pacificationis inchoari, ac confici possit. Nos interim nullis laboribus ac molestiis parcere, sed omnem diligentiam adhibere velle, & eō contendere, vt vtraque pars nostrām benevolentiam, ac voluntatem ex ipsa pertractione cognoscat.

Responderunt Ordinum Legati se ea, quæ illis exposita sint, intellectissime, & ea petere, quæ à Duce de Terra noua nobis data fuere, si in scriptis sint, sibi communicari: Sin minus deliberationem ad respōdendum concidi.

Ad hæc mandato nostro Statuū Legatis respōsum est, Duce quidem nobis in scriptis exhibuisse, sed multo plura ad ea, de quibus cum ipso ad partem egislēmus, sua oratione complexum esse, copiam scripti exhibiti non esse necesse ipsis communicari, quod eius tenoris satis informati sint: proinde denuo ab ipsis postulare, vt matura delibera ratione in negotio arduo, ac tam necessario publicæ tranquillitatē, serio versari velint, ac bona & salutaria media proferre: nos velle inter rim, priusquam ea Regio Mandatario communicari debeant, nostrā operam in ijs reuidendis, præponderandis, & corrigendis, haud segniter, ad eorum tamen utilitatem, & emolumentum, accommodare ac in ijs, quæ ad æquam pacem consequendam faciant, vt in nobis quidam desideretur non esse admissuros: deliberandi tempus nos illis nō denegare, sed tamen ad diem Lunæ proximam media pacificationis ab ipsis præstolari.

Die Lunæ xvij. Maij. ad Conuētum nostrū Statuum Legati compa-

XII.

paruere, & per Doctorem Aggæum Albadam hæc sine scripto propo-
ni nobis curarunt: Quæ proximè Illustrissimo Duci Archorano, &
reliquis Ordinum Legatis nomine Ducis Terræ nouæ exposita fuis-
sent, & quæ nobis exhortationis ergo, quod ad mandatum & media
attinet, benigno affectu placuisse exponere, ad ea eiusd. Illust. Ducis,
qui propter morbum iam in persona comparere non potuisset, con-
fensu hanc breuem esse repositionem. In primis, quo ad priuatas à Du-
ce Parmense institutas pacificationes, quemadmodum antea, sic etiā
nunc se nostræ voluntati eā rem relinquere, qui cum perlegatū Sere-
nissimi Archiducis Austriæ eius rei negotium proculdubio nūc cog-
nouerimus, & cum nō vltro oblata, sed per Parmensem quæsita esset
illa tractatio, proculdubio intelligamus eam ipsam tractationem, ita
vt ex aduerso aslereretur, non posse esse licitam, nolle autem eos isti
rei magnopere insistere, sed eam, vti antea quoque dictum esset, no-
stræ voluntati relinquere. Quod ad mandatum attinet datus, sc̄ o-
peram, ne eius ratione, vel etiam quod nullæ in eo specificatæ essent
Prouinciæ, nullitas, aut vlla alia controuersia oriatur. De inducijs ve-
ro s̄æpe eos iam antea à sacra T. Cæs. Ma. adhortatos fuisse, ne in ijs cō-
stituendis difficiles sese præberent, & quod propterea nostræ volūta-
ti se submiserint, sibiq; persuasum esse, æquales literas à T. Ma. ad Du-
cem Terræ nouę missas esse, nihilominus tamen se vniuersum nego-
tium tam induciarū & belli, quam pacis Deo Optimo Maximo com-
mittere. Ultimo loco quod ad media ab ipsis proponenda pertineret,
etsi causas habeant, quare illa à Regijs proficisci, & ab ijs initium fie-
ri deberet, tamen ad nostram monitionem se ea exhibere, quæ ab Ar-
chiduce, & Statibus in Mandatis accepissent: in quibus si quid esset,
quod declaratione opus haberet, sese paratos ea declarare, & petere,
nos cum Regijs agere velle, vt similiter ab ijs fiat & præstetur, neque,
quemadmodum & antea quoque contigerit, ipsi diutius remoraren-
tur: esse enim moram non ipsis tantum, sed & nobis grauem, tempus-
que illis in Mandato suo præscriptum, & assignatum effluere, nostro
se arbitrio relinquere: à quo articulo tractationem incipere velimus.
Articulos se tradere tam gallicè quam latinè, ita tamen, vt gallicos
pro authenticis haberi velint. Isti articuli habentur infra num. 17.
& 18.

Hisce acquieuimus, ac ijs responsum est, nos articulos eorum
expectauisse summopere, eosque in consultatione sine longiori mora
assumere voluisse, quo in promouendo negotio principali à nobis ni-
hil desiderari possit.

Die xix. Maii nostrorum Consiliariorum quosdam ad Statuum
Deputatos ablegauimus, qui ipsis significant, nos die Sabbati proxi-
mè præterita ab ipsis media quedā proponi, à quibus principalis pacifi-
cationis negotii bonū initiū constitui posset, postulauisse, ac eos insu-
per diligenter admoneri mādauisse, vt eius generis media proferat, tā
& qua

XIIII.

equa scilicet, & placida, vt ad Pacificationem facere viderentur; & ab aduersa parte ijs medijs desiderata obtineri possint: nec tamen nos voluisse, omnes pacificationes, ac transactiones superiores idcirco sepositas, & sublatas esse debere, sed quod priores tractationes partim interruptæ, partim in effectum nondum deductæ forent, media nos audire cupere, quibus defectus nobis explicaretur, & quibus medijs ea, quæ contra priora pacta & conuenta introducta essent, restituiri ac reparari debeant; sed econtrario nobis heri ante meridiem aliquot puncta in scriptis, loco mediorum exhibita fuisse, eaque nos legicurauisse, & tā acerbe ea ipsa disposita reperisse, vt non media, sed extrema existimanda essent, quibus nihil, aut parum agi & obtineri ab aduersarijs possit.

Proinde ad parcendum tempori, & cum fructu aliquo agendi, ac ut aduersæ parti occasio detur armorum suspensionem admittendi, nos permotos esse Deputatis Legatorū, omnes pactiones seu præteriti temporis cōventiones in memoriā reuocare, & præcipue Gandauensem, ab initio inter ipsos Status proprio animi motu, & voluntate initia, & subsequēter Bruxellis conclusam & confirmatā, ac vtriq; parti quę placuerit: quā seruare firmiter promiserint, ac insuper iuramento constabilinerint, à Rege etiā perpetuo edicto confirmatam & ratificatam: Quod Cæs.T. Maiestati, ac omnibus id nouum futurum, rei que inconueniens existimari possit, scilicet priora pacta, ac conuentiones omnes tollere, annullare, atque cancrorum more in hac tractatione retrocedere.

Cūm itaq; Cæs.T. Maiest. hæc ab ipsis minimè expectasset, nobis que in Mandatis dedisset, vltimā Bruxellensem tractationē assumentam, & vtramq; partē ad eam audiendā, & quis defectus, quidq; contra eam tentatū, in illa vel non executū, aut in eam peccatū sit, diligenter à partibus perdiscendum esse, ac deinde omni diligentia laborandum, quod defectus illi ad æqualitatem, ac conuenientiam reduci, ac restaurari possint. Nos Cæs.T. Maiestatis mandato, quod & officij nostrī ratio requirit, nobis parcendum esse certo constituisse, & ad nostræ Commissionis tenorem in Pacificationis tractatione progrediendum esse: Itaque nos petere, vt ea via ipsis non displiceat, ad eam sua consilia accommodent, vt fructum hinc sperare, & partis aduersæ assensum non difficulter obtinere queant. Quod Cæsa. Tuæ Maiestati gratissimum, ipsis verò, suisque principalibus honori & gloriæ, ad extremum Reipub. utilissimum futurum existimus.

Ad hæc Statuū Legati nostris Cōsiliariis respōderūt: Se ex iis, quæ proposita sint, facile intelligere, cōmunicata media nobis duriora videri, ac proinde ad formā Bruxellē. trāsactionis, vel etiā pacificationis Gandauen. procedendū: verū negotia inferioris Germaniæ in lōge alio statu, quā per id tēpus fuisset, modo cōsistere: & ab eo tēpore, quo

XIII.

Ioannes Austriacus fœdus Pacificationis interrupisset eo perturbatis
onis omnia redacta esse, vt alijs medijs iam vtendum sit, & præcipue
religionis causa, quæ aliam ordinationem iam requirat: & proinde
se petere, nos ab ijs exhibitos articulos velle recipere, & ordine ad sin-
gulos eorum nostram censuram adhibere, eamq; scripto commun-
care iis vt velimus: commemorabat præterea Cæs. T. Maiest. armorū
suspensionem ab ipsis requisuisse, & in ea re se obsequētes fore, ab ad-
uersa parte istius suspensionis non exigua cum spes facta sit, sepe pene-
re, vt apud Duce de Terra noua eam promouere velint.

Die xx. Maii rursum conuenimus, ac negotii Deputatis cōmissi
relatione facta, cōcilioque inito, Statuū Legatos euocauimus, & repe-
tita admonitione præcedenti, iis significari māduimur, scilicet: Nos
hesterna die eorū replicā, similiter & articulos in consultationē admis-
sisse, ac summa diligentia examinauisse, & eos tales comperisse, vt su-
per iis agendo omnem operam nos perdituros existimemus. Extre-
mis enim talibus ab aduersa parte nihil nos obtineri posse certo scire;
& cùm aliud nihil queramus, ad temporis iacturam euitandā, quam
celebre aliquod, ac laudabile initium negotii principalis ab ipsis fieri,
nos ab ipsis eò ardentius petere, vt lenioribus mediis superiorum
conventionum instant, eaqué nobis proponant. Ad suspensionem
verò armorum quod attinet, nullam nobis ex articulis oblatis occa-
sionem apparere, cuius prætextu à Duce de Terra noua eam petere,
aut obtinere nos posse, sperare conueniat; quod si mediis ab ipsis pro-
positis in siste volent, nos, ad omnem dilationem, & temporis iactu-
ram ulteriore euitandā, ad Mandati, ac Cæs. T. Maiest. instructionis
tenoremin hoc negotio procedere constituisse.

Hanc præsentem declarationem Statuum Legati in deliberatio-
nem sumiendam esse existimauerunt, & die sequenti xxi. Maii in con-
uentum nostrum comparuerunt, & quæ ab ipsis proposita sunt
ad nostram instantiam in scriptis exhibuerunt, vt inferius nume-
ro 19.

Die xxii. Maii super exhibitis articulis à nobis consultatum, &
ex ordine singuli summa diligentia examinati, cum præcedentibus
tractationibus collati sunt.

Die xxiii. Maii Legatis Statuum ob causas nos mouentes, & quo-
rundam articulorum gratia, qui nobis nimis generales, & obscuri vi-
derētur, inter cætera hæc proponi iussimus. Articulos scilicet ab ipsis
in specie inscriptos esse duros, & informes, ac ita dispositos, vt minus
cōmodè Regis Mandatario proponi, ac exhiberi possint; ad alios ve-
rò articulos, & in cōmuni propositos quod attineret, vt à propria à
Statibus inter se inita, ac recepta, & iuramento sacra, pacificatione
Gandauensi, ac Bruxellis consummata recedere nolint, seque illi in
hac tractatione conformes exhibeant: Quod si fieret, nos perare ab
aduersa parte obtineri posse, eorum declarationi vt acquiescat: Nec

XV.

nos dubitare eos negotium ita directuros, ut cum Regis Mandatario agi possit, ac in eo nostram illis operam non defuturam.

Die xxv. Maii rursus comparuerunt Statuum Legati ac ad nostrā instantiam & requisitionem, articulis in aliquibus mutatis, eos in nostro conuentu legifererunt, & postmodum nobis exhibuerunt, *num. 20.* Consilio vero habito correctos hos Articulos per Consiliarios nostros deputatos Ducis de Terra noua transmisimus; qui propter multitudinem articulorum, & quod ad caput cause pertinerent, consultatione & communicatione cum adiunctis sibi Consiliariis opus esse respondit: tamē longiori mora exclusa breui sepe expediturū esse pollicetur, quam in diē usq; Iunii 3. solū distulit. Qua die in conuentū nostro constitutus de articulorum à Statuum Legatis exhibitorū iniquitate, & summa Regis mansuetudine & lenitate, oratione sua, ipse locutus, multa & varia complexus est, & insuper suam resolutionē, ac similiter articulos in scriptis Latinē & Gallicē exhibuit, *num. 21. & 22.* Ad hæc respōdimus, nos ea, quæ verbis proposita, & in scriptis exhibita essent, in deliberationē assumere, & pro rei ratione oīa acturos esse.

Die iv. Iunii superius exhibita resolutio descripta est, & v. Iunii in consultationem adhibita.

Eodem die Deputati è consilio nostro ad Regis Mandatariū ablegati sunt, vt eum de rebus necessarijs informarent, nobisq; responsū referrent, & quod nobis non incōueniens tum fore existimabamus, Archiducis Matthiæ, Principis Auraici, & aliorū quorundam punctorū, articulis comprehensorū causa, cum eo agat ac conferant: quod & ab ijs factū est. In negotio Pacificationis pertractādo, sponsio- nis quod incidisset mentio in tempus conueniens eius tractationem nos differre significauimus.

Die vi. vii. & viii. Iunij eiusdē rei tractatio cū ipso Duce, & in nostra præsentia seu confessu cum ipsius Ducis Consiliarijs agitata est.

Die ix. Iunii nostrorū Consiliatorū aliqui ad Statū Legatos deputati sunt, qui Ducis de Terra noua resolutionē & Articulos ipsius comunicarent ac exhiberent; moræ & dilationis causa redditā, vltius cōmemorarunt: Resolutionē illis exhibitā, & articulos prō rerū præteritarū acerbitate, & statu præsenti valdē placidos & lenes esse, atque ita dispositos, vt si pax illis cordi sit, illaq; afficer ētur, cum fructu apud partem aduersam agi posse, aliis etiā admonitionibus adhibitis. Præterea & eius admoniti, nobis vtile videri Principē Auraicum in hac tractatione non præteriri, eiusq; hic quoq; rationē habendā; proinde nos ab iis petere, an ipsi, an alii hic existant, qui à Principe Auraico Mandatum, vel Commissionem habeant, sin minus, num media nobis exhibere queant, super quibus Principis nomine cōmodè agi- atractari possit? Nos omnem operam apud Rēgis Mandatariū adhi- bituros, quæ par sit vt obtineamus, quò in nobis, quod ad Reipub. vtilitatem, ac tranquillitatem faciat, nihil desiderari possit; ad sponsio-

nem

XVI.

nem quod attineret, eius tractationem nos in aliud tempus referre: Præterea instantius ab iis requisitum est, sufficientis Mandati procuratio-
nem ne negligant, & temporis prorogatione apud suos principales
singulariter requirat. Hæc omnia, quæ Legatis partim verbis, partim
scriptis à nostris proposita fuere, in deliberationem vocarunt.

Et xi. Iunij, quæ Statuum Legati verbis primum proposuit,
postmodum duobus diuersis scriptis nobis exhibuerūt. num. 23. & 24.

Die sequenti xii. Iunii Statuum Legati scriptum particulare ad Can-
cellariam Treuerensem exhiberi curarunt. num. 25.

Die decimatertia Iunii Duci de Terra noua tria diuersa scri-
pta, nobis à Statuum Legatis exhibita, communicauimus, cum
ea admonitione, ac declaratione, quod si partes via tentata concor-
dari nequeant, nobis pro tenore instructionis nostræ Gandaen-
sem ac Bruxellensem pacificationem assumendam esse, & ad eius for-
mam procedere nos constituisse. Præterea à Cæs. T. Maiest. Manda-
tum induciarum causa alterum nobis missum, Duci de Terra noua
nos explicauisse, & quid eum ad suspensionem armorum commo-
uere posse existimaremus, copiosè explicauisse. Ad Traiectensis vrbis
occupationem quod attineret, quod Statuum exercitus eam esset ab
obsidione indies liberatus, non esse quod armorum suspensionem
diferat, aut deneget, de quibus deliberaendum cœsuit, breui se respon-
surum promisit.

Postmodum xvi. Iunij in nostro consilio in propriâ persona Ita-
lica lingua sequentia proposuit.

Quod ex partis aduersæ exhibita scriptura, quam ipsi xiii. huius
mensis communicauissimus, liquido constaret eam à Statuum Le-
gatis ad modum consilij solum, sine tamen partium præiudicio &
Mandato seu Commissione Statuum generalium, & ad illum solum
effectum exhibitam esse, vt suos nuper à se propositos articulos ma-
gis contraheret, proprius rei præsenti eos accommodans ac appli-
cans; se autem existimare ad illorum requisitione alio nullo respon-
so sibi opus esse, quam quod suprà dedislet, videlicet fruolum esse, ac
nullius frugis cù ijs prolixius disceptare; Se sene nomine Regiæ Digni-
tatis, vt cù Regis subditis liberaliter se in medijs proponēdis exhibu-
isse, & ea omnia admisisse, quæ ab ijs peti potuerint, & ad tractatione
Pacificationis promouendam desiderari possint, nihilque interim se-
sse, vt eorum omnium vberiorem instructionem ex scripto, quod La-
tino & Gallico idiomate duplicatum exhiberet, nos percepturos spe-
raret intermissee. num. 26. & 27.

Secundo, quod Statuum Legati & scripturam in forma contra-
dictionis contra suos præsentatos articulos, & deinde tertiam aliquā
iustificationem articulorum suorum nomine exhibuissent, ea scripta
omnia se summa diligentia per legible, examinasse, ac ponderasse, hu-
iisque disputationis ac scriptioñis à partibus hinc inde propositis se-
cæ-

XVII.

se existimare exiguum fructū fore: ne autem aduersæ partis prætensiæ iustificationis aliquod robur aut firmitatem esse quis existimet, vel se similiter iustificationem aliquam, summariè tamē, ad maiorem Cæs. T. Maiest. ac nostram quoque informationem, quò Regis benignitas & clementia melius deprehendatur, coticipere, ac nobis postmodum exhibere: se petere tamē, ad prolixas disputationes eundem Statutum Legatis ea communicent.

Tertio, quod ad toties requisitam armorum suspensionem attineret, se nuper causam commemorauisse, cur Regi pro præsenti rerū statu inconsultum, difficile, & non sine metu magni hinc orituri mali videri debeat, eam concedere, & adhuc illam esse eius mentem, & pro hac vice hæc sufficere. Quod verò non ita diu à Cæs. T. Maiest. litteras recepisset ad armorum suspensionem concedendam, nos etiam haud dubiè magna contentione ad eorum vehementiorem instantiam ab eo illud petiuerimus, sibi certo persuasum esse, partis aduersæ capitula, primum & secundum scilicet, & quicquid ab iis interea temporis propositum ac actum sit, nullo pacto sese ad pacem constituendam referre. Præterea sibi de Mandato Legatorum Statuum etiam nihil constare, & se proinde dubitare, num ad hanc tractationem cum fructu peragendam qualificati sint, & Mandatum ac Commissionem sufficientem habeant? Regem Hispaniarum exercitum instruëtum habere in armis & castris, ac obsidionem urbis Traiectensis non sine grauibus expensis huc usque coninuatam: proinde Regi difficile fore, cum & infallibilibus indicijs certo constet urbe incertæ pacis, quò medio tempore Traiectenses suos defectus reficiant, & Status in suo proposito pertinaci confirmentur, & postmodum eadem ipsa ciuitas Traiectensis tanto difficilius à Rege occupanda, & altera vice obsidenda foret Regi hac commoditate præsenti aduersam de succursu, & præsidio Traiectibus ferendo gloriari, temerè tamen, cum exploratum sit, & certo constet eos nullum habere exercitum, & proinde obsidionem auertere, ac eam obsidione liberae non posse. Præterea Regem Hispaniarum suorum subditorum interitum, ac perditionem nulla ratione petere, nec, quod iniquum sit, ab ijs extorquere velle, aut capere: sed solū Dei Omnipotentis honorē promouere, antiquā Religionem Catholicam, suamq; reputationē ac authoritatem defendere, & tueri; quod reliquum sit, se Cæs. T. Maiest. ac nostræ fidei integratia ac prudentia totū committere. Præterea cogitare nos debere, num Regi certam pacis conditionem facere possimus, tū nos quod petamus à Rege sine difficultate obtenturos: quod si id præstare non possumus, se existimare, nos nec Regem petitione suspensionis armorum in periculum, ac maiorem calamitatem precipitare velle. Scire enim se nos Dei honorem, ac Religionem Ca-

XVIII.

tholicam defensam velle, æquitatis & iustitiae amantes esse; Velle itaque id se conscientijs nostris committere, & à nobis audire cuperemus, quid nos hinc in re faciendū esse existimemus. Deijs, quæ ab ipso proposita, nobis deliberandum esse respondimus.

Die xvij. Iunij rursum conuenimus, ac de iis, quæ à Duce de Terra noua oratione, ac scripto nobis explicata erant, cōsultauiimus, & iis examinatis, eodem die quosdam è cōsiliariis nostris ad Statuum Legatos deputauimus, qui ipsis à Duce de Terra noua scriptum nobis exhibitum communicarēt, & pariter à Duce supra propositam declarationem referrent ratione scilicet induciarum, aut suspensionis, armorum gratia apud Ducem de Terra noua hoc tempore ex variis, & rationabilibus causis ipsum permouentibus & ab ipso in confessu, nostro allatis nihil obtineri potuisse; Velle itaque nos eos admonere, ad pacem ut proprius accedant, ac melius se, quam haec tenus ab iis præstatum sit, declarēt: quo occasionem commodiorem nancisci possumus de armorum suspensione apud Ducem de Terra noua ulterius instandi. Præterea debere mandati ac commissionis defectus & prorogationis potissimum obtainendæ cauſa, apud suos principales, ad omne periculum ac inconuenientia alia euitanda, acrius instaurare ac sine intermissione vrgere,

Ad hæc Statuum Legati post breuem consultationem in hunc modum respondent: se laboris ac molestiarum nomine, quas in hanc rem impendamus, nobis in primis gratias agere, nec habere eos mandatum aliud quipiam agendi vel consentiendi, quam in illorum nuper exhibitis articulis continetur, expectauisse à Duce de Terra noua benignius ac clementius responsum pacificationis negotio confiendi magis conueniens, quo hanc rem commodius ad negotii finem meliorem consequendum ad Status suos principes referre possint, quos hac responsione deterrendos, & à ne-gotio pacificationis auertendos esse cognoscerent. Et quamvis ab ea responsione nullam spem pacis conciperent, velle tamen ad nostram petitionem hæc suis Principalibus significare, eorumque resolutionem expectare. Quod vero ad Mandati correctionem, & prorogationem temporis attineret, nos satis ex Statuum, eorum principalium scilicet, literis, quas nuper nobis legendas exhibuissent colligere, eos negare ulteriorem prorogationem dare se posse. Quod si ob meliorem Successum prosper aliquis, ac salutaris exitus huius tractationis expectari possit, sese sperare, quod ab illis concessum, & approbatum foret, etiam à Statibus Generalibus haud difficulter, vt approbaretur, vel ratificaretur, obtineri posse.

Decima nona Iunii Statuum Legati verbis, & scripto egerunt, quod etiam ab illis exhibitum est, vt num. 28. Præterea aliud, siue secundum suum Mandatum seu Commissionem, in quo vacuuni ali-

XIX.

aliquid spaciū chartæ, in eadem scilicet recta linea, seu ordine,
quo constituentes Prouinciae nominabantur, relictum esse animad-
versum est, *num. 29.*

Eodem die post meridiem Regis Mandatarium, Ducem de Ter-
ranoua ad nos vocari curauimus, ac illi Legatorum Statuum exhi-
bita communicauimus, suspensionis armorum ac induciarum causa
diligentissimè cum eo egimus, ac nostræ petitionis rationes pluri-
mas ipsi copiosissimè explicauimus.

Dux de Terra noua deliberandi tempus petijt: ad armorum sus-
pensionis petitionem, quæ suprà sèpius commemorata sunt, mag-
gna ex parte repetijt, & ita conclusit.

Quòd verò Dux de Terra noua nuper iustificationem aliquam
articulorum suorum nobis exhibere constituisset, eam 22. Iunij tra-
dedit, vt est *num. 30.*

Cùm itaque ex tractatione negotij facile colligeremus, partes
hinc inde à se multū remotas esse, & difficulter admodum concorda-
ri posse, proprio nostro motu, & nomine de medijs, quæ vtriq; par-
ti ad negotij feliciorem successum communicare possemus, cogita-
vimus. Proinde omnes præcedētes conuentiones, transactio-
nes, re-
cessus, scripta, & quæ ad hanc rem pertinere, ac utilia esse putaremus,
ea etiam, quæ in Conuentu nostro de hoc pacificationis negotio agi-
tata essent, omnia examinauimus, ac excussumus, & ex ordine inter se
contulimus, eius sententiæ & propositi, pro rei ratione ac necessi-
tate, alia quædam media hinc educendi, formandi, ac partibus com-
municandi, & tentandi, num in hoc negotio, exceptis alijs quibus-
dam incidentiis à nobis executis, cum fructu procedi possit. Atq; in
eo aliquot dies consumpsimus.

Quemadmodum etiam eo ipso tempore, cum negotiū comme-
moratum auspicati essemus, nobis nunciatum est, Ciuitatem Traie-
ctensem à Regio exercitu vehementer angi, & in extremo discrimi-
ne versari, Portam vnam, mœniorum partem, ac turrium similiter,
præterea locum aliquem vicinum portæ in potestate Regii militis
esse: proinde eos & nihil aliud, quām direptionem & extremam ca-
lamitatem indies manere. Præterea à Statuum Legatis ex parte per-
ceptum esse, nostram intercessionem, & tractationem inter Regis
Capitaneos, seu belli Duces, & Ciuitatem Traiectensem minimè il-
lis displicituram.

Die vicefimateria Iunij conuenimus, inter nos consultaui-
mus; quod cùm Ciuitas Traiectensis in extremo, ac ine-
vitabili periculo constituta esset, ac Cæstua Maiestati, Sacro que Ro-
mano Imperio, maximè verò dilecti amici nostri, reuerendissimi
ac clementissimi Domini Cardinalis, & Episcopi Leodiensis, inter-
esset, & præcipue ex ea consideratione, quod hæc sine dira sangu-
inis effusione, proterua direptione, & miserrima Ciuitatis penè to-

XX.

tius euersione futura non essent, æquum esse miserabilis nos eius Ciuitatis nomine, Christiana commiseratione commoueri: co-
que magis, quod constet multos homines bonos, honestos, Ec-
clesiasticos itidem & laicos, nobiles & ignobiles, viduas, virgines, ac
pueros infinitos in ea esse, qui huius rei & excitæ calamitatis nul-
lam culpam dedissent, nec vlo modo, vel verbo, vel facto contra Ma-
gistratum peccauissent.

Et hac consilij nostri causa Duxem de Terra noua conueni-
endum, ac requirendum esse existimauimus, illique omnibus cir-
cunstantijs, ad commiserationem maiorem facientibus, conquisi-
tis, hanc calamitatem exaggerandam, ac nostrum consilium illi
proponendum esse, ac cum eo agendum, Regis Hispaniarum no-
mine, nostro consilio vt acquiescere, illudque apud Duxem Par-
ensem nobiscum agere velit: quo Ciuitas Traiectensis medijs
tractabilibus ab hoc extremo periculo liberata, sine iactura honoris,
corporis, ac bonorum, in gratiam Regiam recipiatur, ac Ciuitatem
egredi cupientibus, certus abitus, ac tutus discessus concedatur,
iure suo saluo seruato, Sacro Romano Imperio, ac Leodiensi Epi-
scopo: cum ea significatione, nos esse eiustractionis negotium li-
benter suscepturos, & hoc ipso momento, quam celerrime fieri pos-
set, aliquos ex nostris Consiliarijs, eius rei causa, ad castra, & ciuita-
tem allegare paratos esse.

Statim ac sine mora nostri Deputati Duxem de Terra noua
conveniunt, ei hæc proponunt: qui ad nostram hanc petitio-
nem se se protinus offert, & ad horam constitutam se paratum ad
nos venire renunciat, quo suam sententiam in propria persona no-
bis explicet. Ac illi ad diem sequentem, & locum Conuentus no-
stri, horam circiter septimam, se ad nos vt conferret, renuncia-
tum est.

Die sequenti mane, quæ sancti Ioannis Baptista erat, hora scia-
licet septima, Dux de Terra noua in confessu nostro constitutus,
nobis personaliter respondet: Se intellexisse, quæ ipsi heri vesperi
per Consiliarios nostros, ad eam rem deputatos, de ditione oppi-
di Traiectensis, aut tractatione cum ipsis ditionis gratia tentan-
da, proposita fuerint.

Primo omnium se nobis maximas habere gratias pro ea in De-
um pietate, in Regem Catholicum benevolentia, & ciues Traiecten-
ses commiseratione: Sibi itaque non displicere, aliquem ex suis,
cum Deputatis nostris, ad Principem Parmensem mitti, vt cum
eo & Traiectensibus, de tollerabilibus & æquis conditionibus tra-
ctetur: quod proculdubio Princeps Parmensis non sit recusatu-
rus. Postmodum Ciuitate Traiectensi in potestate Regis constitu-
ta, de suspensione armorum melius tractari posse: quo casu iustis
conditionibus se se voluntati libenter accommodare velle. Nos

XXI.

Nos vice versa de sua humanitate & benevolentia gratias illiegimus, & respondimus: Cum ipsi à Serenissimo Rege Catholico larga, & plenissima potestas in hoc pacificationis negotio concessa sit, nobis fore gratissimum, si huiusmodi medijs loco Regis contentus esse vellet, nempe ut Ciuitas in potestatem Regis veniat, saluis honoribus, vita, & bonis eorum, qui intra muros reperirentur: ijs etiam, qui ibi manere nollent, sine iniuria libera abeundi concederetur facultas: & hæc omnia sine præjudicio Imperij, & Episcopatus Leodiensis, & aliorum omnium, quorum eius rei intersit, iure suo cuique saluo seruato. Et ut postea tractatio induciarum constituendarum suscipiatur, nos non ambigere, quin Princeps Parmensis sua voluntatis arbitrium sit secuturus.

Ad hæc Regius Mandatarius respondet: distinguendum esse inter causam ditionis, & induciarum. Primum punctum non in sua, sed in Principis Parmensis potestate esse, vtpote cui exercitus, & bellum commissum sit: se tamen velle suos mittere, illi scribere, & quibus posset rationibus persuadere, quòd æquis conditionibus Traiectenses Regi Catholico reconciliari possint. De secundo punto induciarum sibi in euentum non ingratum fore tractationem iniri, sequè iusta media earum constituendarum non recusaturum.

Et quod in hoc negotio mora periculosa & irreparabilis existimatetur, eodem momento, ante meridiē scilicet, Statuum Legatos requisiuimus, ijsq; proponi iussimus: Se scire aliquoties de suspicio ne armorum, sine fructu tamen, agitatum esse, & illam summa diligentia iam sæpius à Duce de Terra noua à nobis requisitam: eam autem denegatam, haud dubie quòd Regis Mandatarius sibi persuaderet, ante omnia ipsis conuenire, ad rem tanti momenti sese qualificare, ac Mandatum sufficiens, & ab omni defectu alienum exhibere. Et quamvis die decimanona huius mensis, aliud, seu secundum Mandatum ab ipsis productum sit, nos tamen illud Ducis de Terra noua communicare, ad evitandas disceptationes, noluisse: ex causa, quòd in eo particulares defectus, & illi quidem substantiales, deprehendantur: quòd scilicet conditionatum sit, & ad instructionem, quæ nobis nondum exhibita sit, sese referat. Et nos idcirco ab ipsis sæpius requisitam armorum suspensionem minus confidenter petere potuisse; cur autem eos iam requisiuerimus, ipsis explicandum.

Nobis significatum esse, Regis Hispaniarum exercitum Ciuitatis Traiectensis Portam vnam, ac partem mœniorum, turriumque, locum similiter aliquem prope Portam intra Ciuitatem occupare: tamque idcirco in extremo periculo versari. Nec nos post diligen tem inquisitionem intelligere, ab obsidione liberationem aliquam expectari posse. Et quamvis huc usque, variarum suspitionum causa, huic rei nos noluerimus immiscere: tamen quod iam ad extreum periculum Ciuitas Traiectensis deuenerit,

XXII.

& se tueri longius non possit, nos Christiana commiseratione ac bona intentione, & optimo zelo permotos, eius sorte considerata, quod in potestatem Regis necessario redigenda sit, ut de bonis & tractabilibus medijs cum illa agatur, ac sanguinis effusio, horrenda diripiendæ, & inuadendæ Ciuitatis calamitas, multorum denique interitus auertatur, ac præcaueatur, atque ipsis ciuib[us] astigationis, honoris, corporis, & bonorum omnium gratia fiat, vehementer exoptare. Et eo fine nos Ducem de Terra noua hoc manenter quisuisse, ut suam sententiam nobis hac de re explicaret, & nos eum ad omnem clementiam, mansuetudinem, lenitatem, vehementer affectum esse deprehendisse: sperare etiam nos, idque è signis non leuibus, negotio cum Traiectensibus confecto, suspensionem armorum bonis conditionibus à Regijs obtineri posse. Esse itaque nos paratos, negotium ac transactionem apud Principem Parmensem, idque Ducis de Terra noua præsidio, qui se ad hoc obtulisset, tenetare, & eius interuentione aggredi: ante omnia tamen, cum ijs de hoc negotio nos conferre voluisse. Nobis etiam significatum esse Arthesios cum Regijs conuenisse ac transegisse, quod sijs de hacre quicquam constet, nos petere, ut id nobis significare velint.

Ad quæ Statuum Deputati respondent: Maximas se nobis a-
gere gratias pro nostra benevolentia & fauore erga eos, & Ciui-
tatem Traiectensem, simul etiam de labore impenso cum Duce de
Terra noua: & quia quæ præposita, magni momenti, nec omni-
no benè ab iis intellecta sint, cuperent hæc ipsa in scriptis com-
municari, quo melius & rectius ad ea respondere possint: quod re-
deliberata quām citissimè se facturos promittunt. Quod ad Arthe-
sianos pertinet, se præteritis diebus literas accepisse, quibus ipsi
renunciatum sit, totum cum iis initum tractatum factum esse
irritum; ex causa, quod Hispani Belgio excedere nolint, & plus
per Principem Parmensem promissum fuerit, quām præstare
possit.

Repetitis postea iis, quæ antea de Traiecto illis proposita fue-
rant, sine scripto dimissi sunt.

Sequenti die xxv. Junii, quidam ex Deputatis Ordinum ad
Consiliarios nostros in loco consueto præsentes redeunt, & iis,
quemadmodum sequitur, responderunt.

Primo se agere nobis gratias pro commiseratione, quam ha-
beremus cum Ciuitate Traiectensi, sed, dum omnia benè confide-
rent, eos inuenire, media proposita ipsorum saluti hoc tempore
non multum posse prodesse: nam eos intelligere, eodem die op-
pugnationem institui, quæ sit per aliquot dies duratura. Quod si
eam expugnari contingat, hanc de mediis tractationem serò ni-
mis suscepitam videri; si verò non expugnetur, eos non videre,
quid hæc tractatio prodesse possit, nisi ad infirmandos, & labefactan-
dos

XXIII.

dos animos ciuium. Secundo, media illa omni fructu curatur; nisi prius iustuantur inducæ; nam liberata hac ciuitate, militem Regium in alias infirmiores irruptiones facturum, quarum com- miseratione haud dubie nos non minus quam huius affici pu- tant.

Deinde vix æquum arbitrari eos, ut hæc ciuitas quicquam agat seorsim à Statibus, & sine eorum consensu, sese etiam separare nos non priuatim vel separatim cum aliqua ciuitate, sed publicè cum omnibus Ordinibus, aut eorum Legatis acturos: Ergo in hac re aliquandiu quiescendum esse, saltem donec responsum ab Ordinibus super hoc tractatu suscipiendo habuerint. Cùm igitur intelligeremus nos à Statuum Deputatis male affectæ tractationis non obscurè insimulari, & syncerissimos nostros conatus, non in meliorem partem acceptari, à proposito nostro, quamuis bono, desi- stendum, eosque fortunæ suæ committendos esse duximus. Sic fa- tum est, quod post triduum in die Sanctissimorum Apostolorum Petri & Pauli, quæ fuit vicesimanona mensis Iunij, ipsa Ciuitas Traiectensis à militibus Regijs absque magna difficultate occupata ^{zg. Junij 3rda} ^{en pugnat} fuerit.

Et quamvis nos Statuum Legatos, vt sese velint qualificare, & prorogationem Commissionis suæ requirere, solliciti sint, sæpè multumque monuissemus, quo omnis nullitas euitaretur, ac alteri parti suspensionis armorum denegandi omnis adimeretur occasio, ex abundantí generales Status nostris scriptis literis requisivimus, sub Dato 26. Iunij, vt num. 31.

Die vero vicesima septima Iunij rursus conuenimus, ac partium hinc inde requisita diligenter examinauimus, & postquam eorum quædam, utriusque partis declarationem requirere inuenissemus, die sequenti vicesima octaua, nostros Deputatos ad Ducem de Terra noua alegauimus: Et trigesima Iunij mane ante meridiem ad Statuum Legatos, similiter commemoratæ declarationis causa, eosdem mandauimus.

Rursus Statuum Legati suspensionis armorum meminere, cum repetitione eorum, quæ eius causa hactenus incidissent, ac præterea commemorarunt obsidionem Ciuitatis Traiectensis eam hactenus remorari & impedire.

Dicebant præterea, Statuum scilicet Deputati, se vehementer cupere, vt illis exhibeantur articuli mitiores, & paulo diligenterius de inducijs agatur; eos planè existimare, Ducem de Terra noua expectare expugnationem Ciuitatis Traiectensis, antequam se liberalius declareret: frustra cum hac spe teneri, eò quod expugnatio Traiectensis Ciuitatis subditos, & Ordines multo acerbiores, quam antea sitreditura.

Præterea monent, quod Mandatum eorum expirauerit, & tem-

XXIIII.

pus in eo constitutum effluxerit: quapropter se rogare, quo media, de quibus illis spes facta fuerit, quam primum tradantur, quæ statim ad Ordines transmissuri sint; Ducem Arschotanum velle adhuc ad quatriduum, & non diutius, expectare.

Et cum nos post diligentem examinationem omnium circumstantiarum nihil aliud inuenire possemus, quain secundum reipræsentis statum Regis Commissarij seu Mandatarij Articulos exquætiac iustitiae quam maximè conformes esse: Nos eos prima Iulij imanus sumpsimus, &, ad secundam, tertiamque diem eorum examinationem continuando, in ijs quædam corremus, quædam mutauimus, quædam leniuimus, & in summa, ad nouam quasi formam, ut paulo post sequetur, eos reduximus.

Die iiiij. Iulij Statuum Legati scriptum aliquod exhibuerunt, quò apertè declararunt: Status in deliberatione seu consultatione versari, Regi Hispaniarum, naturali suo Domino, vt obedientiæ regi pudium renuncient, & Regis Galliarum fratri, cum Regina Angliæ iam sponsalitia tractanti, sese vt submittant, cumq; pro Domino ac Defensore arripiant: si tractabilia media hic obtinere nequeant, vt num. 32. & in eo exhibito sese referunt ad vnius ex eorum principali bus, item ad Dicis Alenonij literas, quorum copiæ num. 33. & 34. reperiuntur.

Die vi. vii. & viii. Iulij in inchoata consultatione progressi sumus; interea tamen nobis à Duce de Terra noua significatum est, a se rumore perlatum, Mandatum nouum nobis exhibitū à Statuum Legatis esse, ac, eius cognitio cum sibi necessaria sit, istius exhibitū Mandati se copiam petere: quod cum viii. Iulij parti aduersæ propositum fuisset, reciprocè Mandatorum copia hinc inde communica ta est.

Sequenti die à nobis comprehensos Articulos relegimus, & duos illos articulos Religionem concernentes, quod à Regia Dignitate etiam exhibiti fuissent, ab alijs separauimus, & subsequenter x. die Iulij Statuum Legatis in præsentia nostra constitutis, variis admodum, & respondendum haud difficulter acceptarunt.

Die xii. Iulii, ad locum consuetum in Conuentum nostrū rurus comparuerunt Statuum Legati, & varias difficultates, ac grauamina multa contra exhibitos Articulos mouerunt, ac prætexerunt, quæ etiam ad nostram instantiam, vt num. 36. patet, in scriptum redacta obtulerunt.

Quod itaque nos Legatorum scriptum oblatum, acre, informe, & inconsideratum esse videremus, in quo etiam nos & temere, & sine ratione aliqua in suspicionem sinistram traheremur, & in eo etiā, præter cætera, Duce de Terra noua quibusdam ex eorum numero maiora etiam, quam in hisce articulis continetur, se admisurum es, re-

XXV.

te, recepisse affirmaretur. Hæc omnia Duci de Terra noua communicauiimus, & eius sententiam ac declarationem de his ipsis requisimus.

Quapropter Dux de Terra noua xiiii. Iulii ad locum consuetum in confessum nostrum venit, & in propria persona hæc proposuit: Se de processu ac tergiuersatione Statuum præsentis tractationis discere nolle: Interea sibi valde tediosum ac molestum esse, quod Statutus ipsos, & eorum Legatos præter rebellionem, ac discessionem, quam parent, fratri Regis Galliarum, & Reginæ Angliæ potentia Regiæ Dignitati etiam minari audeant; verum eam rem ad se nihil pertinere, nec se velle de ea quicquam Statuum Legatis respondere. Interim id se facili negotio hinc colligere; Status, & eorum Legatos, verbis quibus suis pacem petere videri, factis & re ipsa eam impedire, ac paci summo studio aduersari. Quod si igitur non afficiantur erga pacem oblatam, Regi Hispaniarum alia esse media, quibus ipsis respondet: Status Belgicos ad Cæs. T. Maiest. supplicauisse, & ad intercessionem Cæs. T. Maiest. permouendam summoperè instituisse: Et proinde ad eorum instantiam Cæs. T. Maiest. Dignitatem Regiam ad hanc benignitatem commouuisse, & nobis præsentem tractationem commisisse, proinde eos debuisse Cæs. T. Maiest. & nostro etiam respectu verbis & scriptis tam inconditis & acerbis, contra omnem rationem & temerè effusis abstinere. Et proinde se Statuum, & eorum Legatorum temeritate & arrogantia magis commoueri, ac in animo habuisse, quod Deputati Statuum Mandatum legale, seu sufficientem tractationem deserere, ac præcidere, abitumque parare: velle tandem se has offensiones nostra causa placidè remittere, ac varijs principiis negotij causa commemoratis, de promissione vberiori, quam quibusdam è Statuum Legatis factam affirmant, sibi nihil constare.

Quod iraque Legatorum Statuum notationes & insiuatiōnes æquo dutiōres, non temerè nos mouissent, nec nobis conuenient hoc ipsum, & alia nonnulla, quæ sine ratione & fundamento in illorum scripto reperta sunt, & alios etiam sancti Romani Imperij Ordines concernere videbantur, silentio præterire, ad omnia & singula puncta à Statuum Legatis proposita, ex solido fundamento, summa cum ratione, serio & copiose die xviii. Iulii respondimus, eorumque scriptum illud refutari, ac abundè illi responderi curauimus, quæ omnia hic in specie referre non est necesse.

Eo tamen, non obstante, omnia, quæ ad pacem promouendam pertinere videbantur à nobis summo studio tentata sunt, & à Statuum Legatis exhibitos Articulos de novo reuidimus, examinauimus, in eum ordinem ac formam, vt num. 37. & 38 appareat, dispositiūmus, & eos Statuum Legatis eodem die diuisim & seorsim exhiberimus, qui ijs receptis tempus deliberandi postulant, & si tractabili-

XXVI.

liter dispositi sint, eorumque instructioni conformes reperiuntur, & breui ad eos responsuros referunt, sin minus, se eos generalibus Statibus transmittere constituisse.

Eodem die Statuum Legati à nobis audientiam petierunt, & hora diei quarta post meridiem ipsis assignata est: qua à nobis personae liter admissi, verbis ac scripto, iuxta tenorem copiæ, num. 39. suam sententiam nobis explicauerunt, & cum in scripto suo exhibito sus pensionis armorū præcipue menuissent, recepimus nos eam summa diligentia apud partem aduersam oportunitate data requisituros ac promoturos esse.

Decimanona Iulij nostrorum Consiliariorum quosdam Deputatos ad Duce de Terra noua ablegauimus, illique à Deputatis nostris significari iussimus: Nos Articulos exhibitos in manus ac deliberationem sumpsisse, eosque nos denuò reuidisse, correxisse, ac tractabiles reddidisse, vt ex eorum copia, quæ illi statim exhibita fuit, videre posset, & à nobis duos illos Articulos de Religionis negotio, certis de causis seorsim in charta descriptos. Eodem etiam tempore copia scripti eius, quod die præcedenti à Statibus nobis exhibitum, Duci communicata est, cum petitione, vt velit nobis sine longiori mora ad singula respondere. Atque hæc à Duce cum gratiarum actione tum recepta sunt, & se huius nostri laboris fructum sperare significauit, se hæc ipsi à nobis tradita diligenter relegere, & examinare, & prima oportunitate nobis responderemus velle.

Die vicesima Iulij binæ literæ à Cæs. tua Maiestate ad nos dæta, in confessu nostro legitæ sunt, & in iis, quæ requirebantur, à nobis summa diligentia executa fuere, ac ita diebus aliquot continuis subsequentibus, de quibusdam incidentibus ad pacificationis tractationem pertinentibus negotijs, à nobis pertractatum est.

Interea ad xxx. Iulij à Statuum Legatis suspensio armorum serio requisita est, qui affirmabant, metuere se, si inducæ non concederentur, in hoc horrore belli Provincias difficulter conuenire posse, ac proinde minorem frumentum præsentis tractationis sperandum esse. Cuius admonitionis seu requisitionis causa, vt & die præcedenti apud Duce de Terra noua, rationibus etiam quibusdam inducias suadentibus, commemoratis, armorum suspensionem obtinere contendimus, & eo impensis, quod à Cæs. T. Maiest. eodem etiam temporis momento eam requirendi Mandatum secundum recessissemus, & quod ab altera parte sollicitè & seriò eam desiderari animaduerteremus.

Die prima Augusti Dux de Terra noua in confessum nostrum venit, ac proposuit se nostram petitionem ad instantiam ac Mandatum Cæs. tuæ Maiestatis, & requisitionem partis aduersæ, sus pensionis armorum causa, satis intellexisse, & cum ea, quæ huius puncti

XXVII.

puncti seu capitinis causa diuersis temporibus allata fuissent, retulisse. Ulterius commemoratum est: Regiae Dignitatis nomine, se ita leniter & modestè, quo negotium principale promoueretur, egisse, ut citius pacificationis tractatio finiri, ac concludi, si Statibus res cordi fuisset, quam inducæ, seu armorum suspensi, quæ longius tempus requirerent, obtineri potuerint: Ad Statuum verò conuentum quod attinet, Regis exercitum impedimento iis esse non posse, cum paßim constet, eos non ita nuper apud Ultraiectianos & Antwerpianos, ac aliis in locis conuentus egisse, & proinde Legatorum Statuum instantiam, quod tantopere inducias obtine-re contendant, vehementer sibi suspectam esse, & eo magis, quod non ignoraret cum iis, ut priuatis, ratione defectus Mandati, quod firmum, solidumque erit, cuius fructus salutaris expectetur, nihil agi posse.

Ad hæc Status ipsos etiamnum ac sine intermissione, quotidie adhuc mediis quibuscumque, etiam iniquis & subdolis, conquisitis, ac minimè fundatis, ac friuolis persuasionibus Regis subditos, & obedientes Status, ad rebellionem & defectionem sollicitare, & ad suas partes pertrahere, contendere. Proinde se à nobis summoperè pertinere, quod armorum suspensionem, seu inducias deneget, nos apud Cæs. T. Maiest. eum excusare, & Legatos Statuum huius denegationis causas commemorare, ac referre velle: Quod & diligenter à nobis paulo post factum est.

Quinta Augusti primum ad generales Status Belgij scriptum ad monitorium transmissum ac directū est, num. 40. & quo ad alia loca, vbi necessarium videbatur, citius deferrerentur, diuersa scripta ad particulares etiam Prouincias, & Ciuitates quasdam, cum copia eius scripti, quod ad Status generales direximus, & Articulis pacificacionis inclusis, num. 41. proprio ac peculiari nuncio, transmisimus, videlicet ad Prouincias, Brabantiam, Flandriam, Geldriam, Hollandiam, Zelandiam, Frisiæ, ad Transissulanorum, & Ultraiectensis Prouinciarum territoria, ad Francotes Flandriæ, ad Tornesienses & finiti-ma Frisiæ, ad Ciuitates verò, videlicet Antwerpensem, Buscoducensem, Gandauensem, Iperensem, Brugensem, Tornacensem, Valecensem, Dunkerchensem, Nouiomagensem, Arnhemensem, Zutphaniensem, Dordracensem, Amstelrodamensem, Harlemensem, Goudensem, Leydensem, Delphensem, Middelburgensem, Zirckensem, Svolensem.

Decima Augusti Statuum Legati audientiam à nobis petiuerere, & sèpius iam requisitas inducias verbis & scripto proposito magna contentione postulauere, ut num. 42. quod scriptum, statim atque exhibitum fuit, Duci de Terra noua communicauiimus; & subsequen-tia xxiiij. scilicet Augusti, ab ipso Duce verbis primum, deinde scripto exhibito, num. 43. Statuum Legatis responsum est.

XXVIII.

Posteaquam verò nos ea scripta nobis legi curassemus, & diligenter in confessu nostro ea examinauissemus, Duci de Terra noua respondimus: Licet eius & verbis primum, deinde scriptis propositam superiorum repetitam, scilicet declarationem, tamquam ratione & æquitati insistentem reijcere non possemus, velle tamē nos eam Statuum Legatis communicare.

Vicesima nona Augsti ex causis rationabilibus nos mouētibus, scriptum admonitorium secundum, ad particulares Status, & Regi nondum reconciliatas Prouincias, & ad Ciuitates præcipuas, superius commemoratas transmisimus, num. 44.

Eodem die Statuum Legati petita audientia, primo extractum, seu copiam literarum à generalibus Statibus ipsis transmissarum, nobis proponunt, num. 45. Deinde & aliud scriptum, in quo morāsuam excusent, & sæpius petitas inducias maiori instantia requirant, num. 46. nobis exhibent. Et quòd extractum seu copiam literarum generalium Statuum exhibitam iudicaremus acerbam esse, & nobis etiam suspectam, vltima die Augsti nostros Deputatos misimus, qui extractum cum Originali conferrent, cui per omnia congruere collatione facta animaduersum est. Præterea, quid & quos per earum contenta notarent, nobis explicari petiuimus, & per earum litterarum contenta nos non, sed partem aduersam notari nobis responsum est.

Duodecima Septemb. Statuum Legati rursus audientiam obtinuerunt, & literas adhuc conclusas, à ciuitate Antverpiensi missas, nobis offerunt, num. 47.

Præterea eodem tempore scriptum, quo media pacificationis tentandæ alia à nobis sibi proponi postularent, exhibuerunt, num. 48.

Decimatertia Septemb. literæ similiter conclusæ, à ciuitate Buscoducensi missæ, nobis traditæ fuere, num. 49.

Decimaquarta Septembbris binæ illæ literæ commemoratæ in nostro confessu lectæ sunt, & supremum illud Legatorum Statuum scriptum nobis exhibutum, in consultationem admissum est. Et cum eius sententia, vt & postmodum fecimus, particulares scilicet Status Regi nondum reconciliatos, inter quos & ciuitas Antverpiensis erat, ad obtainendam eorum resolutionem ac sententiam, requirendos esse, Antverpiensibus ad scriptum transmisiūm particulariter non respondimus; sed vt alijs Ciuitatibus in genere, sic & ijs postmodum rescripsimus.

Die decimaquinta Septem. Duci de Terra noua Legatorum Statuum, duodecima eiusdem mensis scriptam petitionem, eius ut tenor ipsi constaret, ac copiam præterea literarum Buscoducensium, quòd illæ se ad Ducem de Terra noua referrent, vna exhibuimus, & per Deputatos nostros Statuum Legatis hæc significari mandauimus. Nos illorum requisitionem, qua alia sibi media, quam hacte.

XXIX.

haec tenus assignata sint, communicari postulant, intellexisse, & quibus molestijs ac impensis ad tam longū tempus hic hæsissemus & resolutionem Statuum sine fructu expectauerimus, ipsis neque obscurum neque ignotum esse, & proinde moram & dilationes longiores indies nobis magis molestas ac tædiosas esse. Sine fructu itaque laboratum fore, nouamque tractationem negotij Pacificationis auspicari, fore aduersariis nouum & omnibus ridiculum appariturum, & id multas alias remorations ac incommodates causaturum, & cum omnia incerta sint sine fructu etiam futurum. Proinde nos hac vice vltiori altercationi aut disputationi locum dare nolle, sed solum Statuum resolutionem expectandam censere.

Esse præterea inutile assecurationis causa etiamnum villas molestias subire, partibus super pacificationis punctis nondum consentientibus vel conuenientibus: quod si fieret nos assecurationis causa principale negotium ne differatur vel etiam auertatur, omnem industriam & operam adhibere velle.

Ad hæc nuper à Statibus Træsyssulanis, scriptū aliquod, seu literæ nobis exhibitæ fuerunt, & eiusdem fere tenoris. vt num. 50. & 51. alterū quoddam scriptum ad nos perlatum est. Quę scripta die 23 Septemb. à nobis lecta sunt, & ijs xx. Septem. vt num. 52. appetat, à nobis responsum est.

Die xx. Septembris ciuitati Buscoducensi responsum dedimus:

Vt num. 53.
Die xxij. Septemb. literæ Statuū Ducatus Brabatiæ ad nos missæ à nobis in confessu nostro lectæ sunt, num. 54. Quibus inter cætera significabatur, tractationem huius negotij ad hoc vsque tempus pro parte bene inchoatam esse, vt ob ea & alia quædam quæ in ijs literis continebantur, spem cum fructu hic aliquid agendi magna ex parte remitteremus. Quod ex tædio & molestia, qua hic inuiti quasi detineremur fama ac rumor aliquis exortus esset nos discessum adornare. Ea fama etiam Dux de Terra noua permotus, à nobis audientiam petijt, & hæc sequentia in propria persona proposuit.

Primo premissa solemnî gratiarum actione laborum suscep-
rum & molestiarum percessarum, & commendatione honorifica
nostrarum actionum, dicebat. Se facile cōiucere posse, nos non leui afa-
fici tædio, magnosque sumptos facere propter prolongationem na-
mam huius negotij: ex quo rumorem quendam de discessu nostro
invaluisse, propterea se committere non potuisse, quin hoc nomi-
ne quædam nobiscum familiariter conferret.

Fidem se huic rumori habere non posse, sed omnino sibi persua-
sum esse, nos quod reliquum sit officii, vt conueniens finis toti
huic tractationi, cum iam de pacificatione generali nihil spera-
re liceat simponatur, operam nostram nos non esse detrectaturos.

XXX.

Statuum generalium resolutionem denuo esse urgendam , & eorum Legatos, vt eam omni diligentia promoueant & sollicitent, admonendos , sibi interim ab aliquibus spem nuper factam fuisse, quod infra paucos dies ex Antuerpia à Statibus generalibus resolutio expectata huc transmittenda sit.

Quæ si propositis articulis conueniens non sit futura , se impedimento esse non velle, quo minus totum hoc negotium quamprimum finiatur.

Sibi enim videri ad Cæs. Tuam Maiest. authoritatē Regis Catholici & nostram reputationem tuendam magnopere pertinere, tam graue & arduum negotium ad quod totus mundus respiciat, modo decenti concludere. Hoc ipsum vero , nisi à nobis præsentibus qui toti huic actioni continuo adfuerimus , aperte , & quasi manum nostrarū palpitationibus cognouerimus , fieri nō posse. Per Regē Catholicum nullo modo stetisse quo minus pax cōfēcta sit. Se igitur, diligenter & officiosissime rogare neminem nostrum velle adhuc discedere sed responsonem Statuum expectare , cum per sex totos hos menses has tulerimus molestias, & tam magnos fecerimus sumptus, paucorum quorundam dierum , ne priores operæ & impensæ omnes videantur frustratoria, fastidia adhuc sustineamus semini- me dubitare, quin omnia tribus septimanis commodissime ablo- lui possint.

Quæ ad ipsum pertineant, quod velit se & sua , nostræ voluntati promptè & libenter accommodare.

Posse nos Statibus alium & quidem peremptorium sicut Iudices facere consueuerint, non quem ipsi velint , sed quem nos putabimus necessarium, terminum præfigere: quo elapsō siue nihil siue minus categoricè responderint, conuentum hunc nostrum cum honore omnium dissolui , & nos etiam nomine hic reliquo discedere posse.

Vix enim hæc negotia per subdelegatos nostros Consiliarios tractari posse , cum Cæsarea Tua Maiestas ad personas nostras respectum habuerit, nec alijs quam nobis ipsis commitere voluerit, quæ de causa nobis absentibus fortasse , nec Nuncius Apostolicus diutius hic immorari vellet, nec seipsum sine Senerissimi Regis Catholici, expressa voluntate, hic manere posse:

Aliam tractationem hoc casu esse, vbi per Cæs. T. Ma. industria & personarum authoritas cōsiderata sit, quam in Comitijs Imperij, vbi Consiliarij Dominorum & Principum suorum ab antiquo soleant vices sustinere.

Sic denuo nos pro seruitijs Deo & Ecclesiæ suæ, Reipub. Christianæ & serenissimo Regi Catholico præstandis benevolentia & amicitia cum Rege Catholico conseruanda rogare , ne quisquam nostrum discedat , sed potius etiamsi ad huc per tres septimanas im-

XXXI.

immorandum sit, responsum Statuum, & terminum præfigendum patienter expectare velimus, fore hoc Regigratissimum, quod & ipsum suis obsequijs, modo detur occasio, promeritum pollicebatur.

Cui respondimus tantas gratias agere non fuisse opus, hæc fastidio ob Cæsareæ Tuæ Maiestatis debitam obedientiam & bona, qua in Regem & subditos suos essemus affecti, voluntate, publice quoque tranquillitatis & quietis studio, merito nos sustinuisse, nec maiora recessus tui essemus, modo Reipub. Christ. prodeesse possimus.

Quod autem spe nostra de feliciori successu frustrati de discessu cogitare incipiamus, in malam partem à nemine interpretridebere. Interim nos communicatis consilijs super ijs, quæ iam per ipsum proposita sint, prima commoditate mentem nostram erga ipsum declaratuos polliciti sumus: cuius petitioni postea assensimus.

Quod autem varia commemorarentur, & in Belgio omnia perturbatae agi & à nobis missas literas ad eos, quibus destinati erant, non perlatas esse certo nobis nunciaretur, & populo seu multitudini Belgicæ de verâ ratione institutæ pacificationis, nihil aut parum declaratur aut cōstaret: sed omnia potius in diuersam sententiam ab ijs qui præsint rapi, eosque suspicionibus nostrum institutum onerare & subditos in sua rebellione confirmare, ac ita omnia potius exacerbari, ac pacificationis hoc negotium iuxta tenorem literarum Statuum Brabantinorum adhuc in incerto versari, de generali statuenda vel confienda pace desperare cœpimus, atque ob id diutius hic sine fructu hætere primum Cæs. T. Maiest. displiciturum esse, ac nobis pluribus de causis cum detimento nostrorum subditorum inconveniens esse putauimus.

Proinde nos Statuum Legatis xxv. Septemb. ad nos vocatis, significari curauimus. Se scire quibus molestijs in hac diutina tractatione fuerimus versati, & quo omnia ad bonū finē perducerētur ex vtriusq; partis medijs propositis quosdam articulos pro rerum præsentium statu quam maxime commodos nos collegisse: atque eosdem nos ijs die xvij. Iulij exhibuisse. Præterea Religionis dissidijs causa valde leniter propositis medijs cum illis actum esse, atque hæc omnia generalibus & particularibus Statibus, ac ciuitatibus etiam quibusdam transmissa esse, & vt intra spatiū trium septimanarum suam sententiam nobis declararent, ab ijs solum postulatum esse, & ad hoc utique tempus nihil nos responsi recepisse. Ad eas vero literas quod attineret, quæ à Statibus ducatus Brabantæ missæ sunt, quarum etiam supra facta mentio, eius tenoris reperiebantur, ac si omnia, quæ huc usque à nobis tractata sint, reibene gerendæ principium solum aliquod existimari debeant, vt hinc facile constare possit, quem fructum huius tractationis ulterius hinc expectare debeamus;

hard

XXXII.

nam hactenus nos sine fructu laborauisse, non solum ad estimationis nostræ diminutionem, verum etiam ad Cæs. Tuæ Maiest. aliqualem notationem, referri posse videtur: Quod vero Statuum Deputatos Antuerpiæ & in alijs Prouincijs etiam belli tempore sèpius conue- nisse certū sit, quodque præsentis tractationis negotiū illis neque no- uum neque ignotum sit, scilicet proprium, vt breui temporis spacio nobis respondere potuerint ac sese resoluere. Ut hac causa suæ moræ vel tergiuersationis causas in belli metum, aut denegatas inducias coniçere nequeant. Et quod populum vniuersum pacem aude p- tere constet, facilius erat Statibus, si eam seriò requisiuissent, negotiū hoc præsentis feliciter perficere.

Ad hæc quod pestis indies contagione sua aerem inficiat eò no- bis & nostris hominibus moram hanc & temporis protractionem mo- lestiorem esse. Proinde nos ijs significare voluissé si nullam adhuc i- suis principalibus resolutionem receperint, nos ijs certum ac perem- ptorialem terminum præfigendum constituisse.

Ad hæc Statuum Legati laborum ac sollicitudinis impensæ cau- sa nobis grarias egerunt & nos hanc tractionem addies aliquot velle continuare petierunt, literas transmissas omnibus ut conueniebat Prouincijs nondum esse traditas, & iis etiam quarum resolutio hac in re requiratur, & sese Statuum quotidie responsum expectare. Pete- re itaque vt aliquantulum temporis adhuc Statuum resolutionem operiri non grauemur eamque scriptis literis requiramus ac termi- num illum peremptoriæ non nimis breuem & coarctatum po- namus.

Die xxvi. Septemb. literas ad Deputatos, Statuum, Antuerpiam dedimus, atque ijs præcipua puncta seu capita huius tractationis ex- plicari iussimus, ac diem xvij. Octob. pro termino peremptoriæ af- signauimus eorum sententiam & resolutionem ad terminum præ- fixum expectantes num. 55.

Die Solis xxvij. Septemb. rursus in Confessum nostrum compa- ruere Statutū Légati. & in præsentia Ducis de Terra noua se hesterna die serò tamen literas conclusas ad nos scriptas, à Statibus generali- bus accepisse, sperare se bonum aliquod initium earum literarum gra- tia, quas statim nobis tradiderunt num. 56.

In literis cōmemoratis scriptū aliquod inclusum fuit continēs copiam eius respōsi: quod Status Anno 1577. die xx. mensis. Iulij Cæs. T. Maiest. Aulæ Consiliario Suffrido Breuinero libero Baroni, Antu- erpiæ dedissent, quod ad eam respōsitionem illorum scriptum fere- ferret. num. 57. Et quamvis scriptum ad Generales Status dirigendum die præcedenti Antuerpiam mittendum fuisset, vt & Copiæ earum literarum particularibus Prouincijs, retentum tamen fuit, quod ad scriptum Generalium Statuum, ad euitandas omnes disceptationes eò tempore respondere minus commodum putaremus: Regis tamē

XXXII.

Mandatarium eius scripti copiam communicauimus, quò is, quod si-
bi oportunum videretur, agere posset.

Die iij. Octob. aliud scriptum, num. 58. ad generales Status mit-
tendum esse, post communicationem conclusimus, in quo nos
prolixum ipsorum scriptum recepisse significauimus, sed cum ijs dis-
putare non esse nostri instituti, tenori literarum ijs die xxvj. eiusdem
mensis transmissarum nos acquiescere, & terminum solum perem-
ptorialem ad ultimam Octob. vsque prorogare significauimus: parti-
cularibus præterea Prouinceijs harum literarum copiam quoque
transmisimus.

Eodem die literas adhuc conclusas Ciuitatis Valenciarum, num. 59.
acepimus, & ad eas, vt num. 60. respondimus.

Duodecima Octob. apud Consiliarios nostros, seu Deputatos
Statuum Legati se insinuarunt, ijsque significarunt: Se metuere,
quòd in ultimis nostris literis ad grauamina, & difficultates Statuum
nihil responderimus, id in illorum proxima conuentione remo-
rationem, seu impedimentum aliquod ad negotii principalis pro-
motionem allaturum esse; petere itaque se Statibus denuò à no-
bis scribi, ac Articulos vterius explicari, & aliquantulum leni-
ri, num. 61. Quorum scriptum Duci de Terra noua communica-
uimus, eique significari iussimus: Si quid ad Generalium Sta-
tuum non ita nuper exhibitum scriptum, & ad hanc Legatorum
Statuum petitionem respondere velit, vt hoc prima oportunita-
te faciat, quòd, quid factò opus sit, in hoc negotio maturè intelli-
gamus.

Ad hæc Dux de Terra noua respondet: Principem Parmensem
ante aliquot dies sibi adjunctos, Duci de Terra noua scilicet, Con-
siliarios Traiectum ad Mosam euocauisse. Quod itaque in Statu-
um scripto rerum quarundam sibi ignotarum mentio fieret, ac li-
teræ per se acres & acerbæ reperirentur, sine ipsorum præsentia &
consilio resolutionem, seu responsionem nullam se dare posse.
Interim sibi videri fucum aliquem scriptum tam prolixum in dis-
putatione minimè necessaria alere, seu velare, & rem sese longè
aliter habere, ac foris appareat, & forsan Status longiori disputa-
tione vsos, quòd eum vel ad simile, vel etiam durius responsum
permoueant, aut in disputationem euocent; quò iis, quibus è
re turbulentissima, & calamitate communi lucrum, aliorumque
incommodo suam commoditatē querere proclive sit, pacem
impediendi, omnia in partem deteriorem interpretandi, Regis mi-
nistros in odium coniiciendi, ad pacem adductos deterrendi, rebellis-
bus verò magis exacerbandi oportunitas, vel etiam occasio quædam
offerretur.

Petere itaque se, ne ea mora nobis sit difficilis; se ad Principem
Parmensem aliquem dimissurum, ac diligenter laboraturū, vt quam-

XXXIII.

primum fieri possit, redeant: se enim non putasse, huiusmodi nouas disputationes à parte aduersa aspergendas fuisse; ad suorum vero aduentum se sine mora velle hæc sibi exhibita scripta in consultatio nem adhibere, eaque expendere, & prima oportunitate suam nobis sententiam explicare.

Et quamvis indies à Duke de Terra noua responsum require remus, se tamen, ut prius, adiunctorum Consiliariorum absentia excusauit.

Die xvij. Octob. Sabbati, post aduentum Consiliariorum ad locum consuetum, in nostrum confessum in propria persona constitutus, gratijs nobis actis, hæc proposuit: Exhibitas sibi Copias longarum istarum literarum, à Statuum Deputatis Antwerpiaæ x Se ptemb. ad nos scriptarum, se perlegisse, & cum adiunctis sibi Consiliarijs diligenter eas expendisse: sibi videri secundum ea, quæ supra explicauislet, cum Statibus verbis concertare, sine utilitate ac fructu fore: se tamen scriptum aliquod refutatorium scribi curauisse, quod nobis hic exhiberet informationis loco, & parti aduersæ, ad omnē dilectionem euitandam, causeque præsentis protelationem, communicaendum non esse: A nobis præterea suspensionem armorum demandata non requiritam fuisse, velle se hinc ea pro repetitis habeti, quæ supra dicta sint, & in armorum suspensione, veletiam inducijs concedendis Regem non difficilem fore; si pars aduersa ad pacem, quam ad rebellionem proclivior fuisse: Ac huius requisitionis causam subsisteret, paulatim hinc constat, quod Regius exercitus maior ex parte dimissus sit.

Die xx. Octobr. Dux de Terra noua à se xvij. Octob. exhibi tum scriptum à nobis repetit, quod in eo aliquid mutandum accor rigendum esset, quod ad eius repetitionem illi redditum fuit.

Interea temporis huius Protocollis dispositio inchoata est, & que exhibita hactenus essent scripta, in eum ordinem, quem inferius videre est, disposita ac congesta sunt.

Die xxvij. Octob. tres diuersæ literæ, vnæ à Prouincia Tornacensi, alteræ à Ciuitate eiusdem nominis, Tornacensi scilicet, tertiae à Ciuitate Neomagensi nobis exhibitæ fuerunt, num. 62. 63. 64. & quod se ad generalem conuentionem Statuum Antwerpensem referrent: ulterius nihil cum ijs tentatum est.

Die xxviii. Octob. Dux de Terra noua scriptum, cuius supraminimus, correctum nobis exhiberi, & insuper significari curavit, illud aduersæ parti nostro arbitrio communicari vel non communici posse, num. 65.

Die xxix. Octob. à Ciuitate Arnhemiensi literæ misæ sunt, quibus mori se malle, quam articulos exhibitos, & à nobis præsentatos recipere velle, aperte declararunt. num. 66.

Die xxx. Octob. per deputatos Consiliarios nostros Statuum Lega-

XXXV.

Legatis Ducis de Terra noua exhibitam, & correctam scripturā, ijsq; huius moræ causas explicari iussimus, quæ ad diem xvij. Octob. & sequentibus reperiuntur: Præterea ad petitionem literarum respondimus, superioribus nos acquiescere velle, euentumque rei expectare.

Vltimo Octob. literæ de Dato xx. diei eiusdem mensis à Statibus Antwerpia nobis allatæ sunt, quibus saltem aliquot diebus nos eorum responsum expectare velle petunt, *num. 67.*

Tertia Nouemb. nos Duc de Terra noua audientiam concessimus, qui in propria persona Italico idiomate hæc proposuit.

Præmissis gratiarum actionibus, dicebat, se non velle repetere ea, quæ hactenus in toto hoc negotio tractata sint, hoc enim fore suum perfluum, cùm ea coram nobisipsis peracta fuerunt.

Aliquo s terminos ipsis Statibus, ad sese resoluendum super Articulis xvij. Iulij exhibitis, datos fuisse, quos omnes frustra præterlabi possent. Tandem Statibus à nobis alium terminum ad xvij. Octob. præfixum, quem tamen ad ipsius Ducis petitionem, ad finem mensis Octob. prorogassemus, intra quem nec adhuc aliquid, quod ad rem pertineret, egissent, imo nec Mandatum sufficiens ad huc suis Deputatis dedissent.

Articulos à nobis propositos ab Imp. T. Maiest. ab omnibus, ad quorum notitiam peruenissent, vt tolerabiles, & æquos comprobatos, & à se quoque pro talibus acceptatos fuisse. Regem Catholicum omnia, quæ ab ipso peti potuissent, esse elargitum: præterea in puncto Religionis amplissima quoque de ijs, quæ Religionis Catholicæ non essent tolleranda, concessa fuisse.

Quàm malè autem tanta Regis Catholici liberalitas ab aduersariis accipiatur, sese ex literis Arnhemiensium, nuperrime sub Dato xvij. Octob. huc missis, similiter ex tractatu, & recessu Ordinū Ducatus Geldriæ intelligere potuisse: quibus concordare videantur ea, quæ superioribus diebus sub Dato x. Septemb. à Deputatis Statuum generalium literis asperrimis ad nos scripta fuissent.

Literas Statuum iam vltimo transmissas, dulcedinē aliquā præferre, amaritudinem tamen magnam absconditam habere, & nescio quæ de Religione, & securitate innuere. Regi omnino constitutum esse, in puncto Religionis plura, quàm in articulis comprehensa sint, non concedere; cui etiam ea, quæ de securitate à Statibus allegentur, propter varias causas suspecta sint, quæ hoc loco exprimere non foret necesse.

Super omnibus à se gestis, & propositis se nostrum posse ferre iudicium. Cùm igitur ex causis prædictis, & alijs circunstantijs nulla spes vniuersalis pacis constituendæ appareat, se non repugnare, quin finis huic negotio ad nostrum placitum imponatur, se quoque rogare, vt cum ante dandum finem, adhuc semel audire velimus.

XXXVI.

Hoc verò se le obnixitsime rogare & maximis, quibus possit, precibus flagitare, quod huiusmodi finis à nobis Commissarijs, personaliter præsentibus, fiat: hoc enim negotium à Cæsare non Consiliarijs, sed nostris personis commissum; similiter à Rege in personas nostras, non in Consiliarios, concessum fuisse: quod & ipsum in re præsertim tam graui, & substantiam negotij concernente, ad Cæs. T. Maiest. autoritatem, Regis sui reputationem, nostramque existimationem protinus pertineret.

Nos super ijs, quæ ab ipso Duce proposita essent, communicato consilio deliberaturos, & postea, quæ nobis viderentur, ipsis significaturos esse, hac vice respondimus.

His omnibus transactis, conclusionem huius tractationis seu recessum scripto concipi curauimus, quem nona Nouemb. in confessu nostro propositum iustificauimus, ac data oportunitate partibus ad modum conclusionis finalis eum proponendum, ac communicandum constituimus.

Quod autem Dux de Terra noua, antequam finis huic negotio imponeretur, audientiam postulasset, die Lunæ x. Nouemb. admisus est; cui recessum die Veneris proxima publicandum esse significauimus, &, si quid ulterius proponendum existimet, ante illud tempus id ut agat.

Ad quæ Dux respondet: Se longa mora intellexisse, quam lentè pars aduersa procedat, aliquot etiam diebus post terminum peremptorialem euolutis, eosque nullam Regiæ benignitatis rationem habere; se verò petere, ut hunc summarium totius negotij discursum, ad Protocollum Actaque registrari velint, num. 69. Secundo, quod posset Regiæ Serenitati suæ relationis fidem facere, sibi copiam Protocolli, & totius negotij communicari, & Regi Mandati Originales à nobis petere, cum gratiarum actione, molestiarum, laboris, ac impensæ.

Exhibitum illud scriptum recepimus, & ad Acta registrari mandauimus, & post deliberationem, ei Protocolli, ac totius negotij seu tractationis copiam in ea forma, qua Imp. T. Maiest. exhibita communicandæ: præterea Originale Regi Mandati ipsi reddendum esse existimauimus; copia tamen eius nobis ad Acta reseruata.

Die xiii. Nouemb. nos Regis Mandatarium, Ducem de Terra noua, ac Statuum Legatos requisiuimus: quod autem Ducis Dilectionis ac Illustr. Excell. coram adesse non posset, eius Dilectionis nomine cōparuit amicus noster Generosus Dominus Hercules Branchiforti, Comes à Camarada, Dominus S. Ioannis, cum sibi adiunctis alijs Consiliarijs, quibus recessus nostri rationem explicauimus, ut num. 69. Quam receptorunt, Cæs. T. Maiest. imprimis, ac nobis ratione laborum, ac molestiarum gratijs actis.

Eodem

XXXVII.

Eodem ferè tempore Statuum Legatis, Duci Arschatano, & alijs, qui maiori ex parte propria in persona præsentes conuenerant, quibus huius tractationis nos finem facere cōstituisse declarauimus, & proinde loco recessus, seu conclusionis finalis, scriptum aliquod comprehendisse, ac eo lecto, Dilectioni eius, alijsque Statuum Legatis copiam communicari permisimus.

Ad hæc Statuum Legati dilationem, & tempus deliberandi usq; in diem sequentem postulant, ac die Sabbati, xiiiij. Nouemb. redeunt, excusationibus quibusdam allatis, vt ad triduum solum expectarent non grauemur, petunt. Quare nos summi illorum moram, & quam nulliter in præsenti negotio processerint, cum non leui præjudicio aestimationis, ac nominis nostri illis significari curauimus; quidam nostrum iam profecti accincti essent, Consiliarijs nostris relictis, eam moram non ægrè tulimus. Triduo autem illo si- ne fructu & emolumento euoluto, domum nos contedimus. Atque sic in Dei Omnipotentis nomine hanc tractationem finiuimus, ac conclusimus.

Et nos, Cæsar Potentissime, & Domine Clementissime, ex intimo animi affectu, orationibus etiam nostris ad Deum fusis, totis viribus impense laborauimus, quò Cæs. T. Maiest. Commissioni, ac paternæ affectioni satisficeret, ac erga Maiest. T. nostra obediētia, ac reuerentia maiorem fructum facere potuissimus, idque non sine leuidanno nostrorum subditorum, ac nostra summa molestia, ac gravibus impensis, longissimi temporis, vltra septem mensium, iactura. Quòd si vlla nobis lipes pacis conficiendæ reliqua fuisset, nos ad declarandam nostram erga Cæs. T. Maiest. obedientiam ac submissionē, erga pacem verò syncerissimum affectum & desiderium nostrum, erga Reip. tranquillitatem, amorem, laborem, industriam, ac impensas etiamnum subtrahere noluissé.

Quòd autem animaduerterimus Status eos Belgicos, qui suos Legatos ad hanc tractationem ablegarunt, conuentionibus superioribus temporibus initis, in quibus restaurandis plus fatis difficultatis fuisset, nullo modo acquiescere voluisse: Sed vix inchoato negotio huius tractationis, antequam breve illud tempus Commissioni eorum Legatorum assignatum transiisset, superioribus conuentiōnibus, & Cæs. T. Maiest. submissioni factæ, repugnantes, conuentiones, ac alias quasdam pactiones tentasse ac instituisse noscuntur.

Præterea toto tractationis huius tempore, post multas etiam admonitiones, scriptis etiam literis, tantum apud Status obtineri non potuisse, vt suis Legatis, etiam Reuerendis. Illust. Nobilibus, ac magnæ reputationis personis, sufficiens Mandatum communica- rent, vel quod expirasset, continuarent, ac sex septimanarum spatiū in Commissione illis solum assignatum prorogarent: & media in

XXXVIII.

hac tractatione eius generis proponi curasse, quæ potius extrema, quæ media esse existimari debuerint, vt in omnibus præcedētibus conuenientibus, quas nos videre contigerit, nulla nos talia deprehendisse affirmare possimus, vt licet præteritarū cōuentionum media proponeamus, quæ ab ipsis in Pacificatione Gandauensi, ac generali vniōne Bruxellensi recepta essent, & quid etiam, Cæsareæ Tuæ Maiestati ac Dignitati Regiæ Principi ac Domino suo naturali scripto significauissent, ad extremum etiam quid VVormatiæ coram Cæsa. T. Maiestatis & sacri. Rom. Imperij Deputatis sua spōte recepissent, & licet diuturnioris & atrocioris calamitatis suæ à nobis admonerentur; nihil tamen obtinere potuimus.

Atque etiam à xviii Iulij. usque ad præsentem diem, spacio scilicet sedecim septimanarum, spreta omni nostra vel scripto, vel verbis proposita admonitione, excepta in superioribus cōmemorata insufficienzi & pacificationis negotio magis obuersanti quā utili respōsione, nullam plane declarationem, multo minus fundatam vel solidā finalē resolutionem ad propositos Pacificationis Articulos obtainere nos potuisse.

Præterea nos non latere quā contumeliose, probrose & leuite, de huius Pacificationis tractatione ac propositis articulis per totam Inferiorem Germaniam & de nobis ipsis etiam verbis & scriptis actū sit: & quot famosi libelli passim & publicè contra hanc pacificationis tractationem editi sint, & quam omnia in deteriorem partem interpretata, & quid super à particularibus Prouincijs in illorum conuentu ad tractationem hanc impediendā attentatū & practicatum sit, & cuius ciuitas Arnhemienis se aperte declarauerit: quid a Statibus Frisię Leouardię scilicet cōclusum sit, & cuius se scripto declarant: & eius generis media à quibusdam eorum etiā proposita esse, quæ à Rege ipso Regiæ Dignitatis Mandatario sine dedecore ac x̄stimatione & famæ ləsione, sine legum Romanarum ac sacri Imperii Ordinationum præiudicio, omnisque æquitatis euersione nullo pacto concedi vel admitti potuerint. Econtrario vero in hac tractatione animaduersum est, quā clementer ac leniter Regiæ Dignitas Hispaniarum Princeps & Dominus naturalis per suæ Regiæ Dignitatis Commisarium Ducem de Terra noua Statibus seu subditis suis sese exhibuerit, & quam commoda ac tolerabilia pacis media ipsis statim in initio præsentauerit & postmodū etiam in pertractione admiserit, vt vix subditi à suo Magistratu plura requirere aut etiā Magistratus ipsis subditis concedere vel plura elargiri possit. Sed horum omnium apud Status nulla est ratio habita quos nec tuæ Cæsareæ Maiestatis auctoriæ, Regiæ Dignitatis benevolentia, nec nostræ admonitiones salutares permouere potuerunt. Sed & terminum peremptorium, post quem iam multi sine fructu dies præteriere, a signatum negligenter & contumaciter spreuerunt.

XXXIX.

Præterea toto tractationis tempore intelligere non potuimus,
negotium Pacificationis serio à Statibus actum, vel etiamnum agi, vt
cum suo Principe ac naturali Domino in gratiam redeant; illique bo-
nis mediis reconciliari cupiant; aut nostra diuturniori præsentia fru-
ctum aliquem vltiorem nos expectare potuisse: & proinde partibus
recessum aliquem, vt num. 69 patet, nos communicauisse, ac diutius
hic morari inconsultum duxisse.

Et quamvis nos Cæsareæ Tuæ Maiestati præsentis tractationis
statum loco informationis subinde transmiserimus, totius negotii
tamen discursum in hanc formam & ordinem ad pleniores Cæsareæ
tuæ Maiest. Domini nostri Clementissimi relationem faciendam re-
digi curauimus; cum ea petitione, quod huiusmodi finem negotio
nobis commisso imponere necesse fuerit, profumma Maiest. tuæ cle-
mentia & benignitate nos excusatos habere velit. Cuius Maiest. nos ip-
sos nostrisque Principatus ac subditos cum omni submissione & o-
bedientia commendatos volumus. Datum Coloniæ die xviii. mensis
Nouemb. Anno salutiferi partus. M. D. LXXIX.

*Ex Treuerensi Archiepiscopali
Cancellaria.*

Ioannes VVimpheling.

Georgius Raoul ff.

LXXXIX

M. D. LXXXIX.

Capitulo xxxviii.

I.

Num. I.

BOn Gottes gnaden wir Wilhelm Herzog zu Gülich/
Cleue / vnd Berg / Graff zu der Marck / vnd Rauens-
berg / Herr zu Rauenstein / c. thunkund / Als die Römi-
sche Kaiserliche Maiestat / unser allergnädigster Herr /
vns neben etlichen andern iherer Maiest. Commissarien
von wegen der jetzt durch ihre Maiest. in des heiligen Reichsstadt Cöls-
len angestellter newer vorstehender Niderländischen friedens Tracta-
tion mit zu einem Commissarien allergnädigst verordnet / vnd auf be-
wegen den vrsachen durch unsere Räht solchem Commissariat an un-
ser stett abzuwarten / bewilligt vnd zugelassen: Das wir demnach ge-
genwärtige die Erbare unsere liebe Rhät vnd getrewen / Werner von
Gimmenich / unserr Landrost von Fürstenthums Gülich / Jo-
han Larverman / vnd Herman Rinck / Probsten zu Cleue / beyde der
Rechten Licentiaten / an unsere stett subdelegirt. Geben darauff den-
selben volkommen macht vnd gewalt / ermelter Tractation behzwo-
hen / vnd alles das jenig / was wir krafft der Kaiserlichen Commission
vnd sonst nach gestalten sachen eigner Person thun sollen / können oder
mögen / bestes / getrewes fleiß an unsrer stett / nach ihrem besten verstand
vnd vermögen zu verrichtten / vnd dessals nichts erwinden zulassen /
Wie wir auch das jenig / was sie als neben den andern verordneten
Kaiserlichen Commissarien tractieren / handlen / vnd beschliessen wer-
den / angenem halten / vnd dann der gebür unsers theils nach setzen
wollen / ohne geserde. Urkund unsers hierauff getruckten secret Sie-
gels. Geben zu Düsseldorf / vnder unserm gewöhnlichen handzeichen /
an acht vnd zwanzigsten Monatstag Martij / im fünfzehenhun-
dert / neun vnd siebenzigsten Jahr.

Wilhelm Herzog zu Gülich / c.

P. Langer st.

Num. II.

BUnser freundlich dienst / vnd was wir liebs vnd guts ver-
mögen / günstigen gruß / gnädigen vnd geneigten willen
zur / Hochgeborene / Würdige / Wolgeborene / Edle / Er-
same / Fürsichtige vnd Weise / besondere liebe freund vnd
besondern / Auch Durchleuchtige / Hochgeborene Für-
tige vnd Weise / Ewer F. G. vnd gunsten seyen unsrer willig dienst / vnd
alles guts zur / Gnädige Fürsten / gnädige / günstige Herrn vnd
A freind /

II

freund/als von der Römischen Kays. Maest.vnserm allergnädigsten Herrn vns/vn dem Durchleutigen/Hochgeborenen Fürsten vnd Herren/Herrn Wilhelmen Herzogen zu Gülich/Gleue vn Berg/re.vnserm gnädigen Fürsten vnd Herrn/allergnädigst außerlegt/committirt vnd beuolhen/vns hieher zu begeben / vnd in namen ihrer Kays. Maest. der friedens Tractation vnd handlung zwischen der Königl. Würden zu Hispanien / vnd euch den general Niderländischen Stenden zu vnsernem dernemmen/haben wir vns ihrer Kaiserlicher Maestat zu vndertheingstem gehorsam / den Parten zu freundschafft / gnaden vnd gutem/ allem friedlichen wesen zum besten/mit selbiger handlung zu grosser vnser aller vngelegenheit beladen / vnd jehunder zu vnserer althier an Kunst mit mögen vnderlassen/E.L.L.ewer F.G.vnd euch / freundlich/ günstig/gnedig/dienstlich vnd fleissig zu vermanen/Ewer L.L.yr/ewer F.G.vnd ihr/ wollend euch samptlich vnd sonderlich selbs dermassen zur handlung schiedlich/vnd bescheidenlich schicken/auch solche fertige wolmeinende Personen aus ewern mittel vnd mit volkommennem/gnugsamem beuelch vnd gewalt abordnen / damit sie vnseumlich hie erscheinen/die sachen mittels Göttlicher gnaden zu guttem anfang/ schleunigen fortgang / vnd verhofftem friedlichem / glücklichem / gutten ende gebracht werden möge. Zu solchem Effectu wir ewern L.L. euch / Ewer F.G.vnd euch/hieben ein Kayserlich offen geleidt zukommen lassen.

Es sollen auch ewer L.L.yr / ewer F.G.vnd ihr / das gewißlich/ vnzweifflich vertrawenn zu vns festiglich haben/vnd setzen/dass wir vns in allem dermassen erzeigen vnd verhalten wollen / dass es zu alrer billigkeit unverweßlich seyn soll / seind auch ohne das ewern L.L. euch/ewer F.G. gunsten vn euch/zu freundlichem/angenehem willen/ gunsten/gnaden/wol gewegen / auch vnderthenige/freundliche dienst zuerzeigen willig. Datum Cöllen den eilfsten Aprilis/Anno r. siebenzig neun.

Die Herrn Comissarien schreiben den Niderländischen general Stenden.

Num. 3.

*1612. 11. 10.
datus*

ON Gottes gnaden/Wir Jacob vnd Gebhart Erzbischoff zu Trier/ erwölter zu Cöllen/ des heiligen Römischen Reichs durch Gallien/des Königreichs Arelaten vnd Italien Erzkanzler/vnd Churfürsten/Herzog zu Westphalen vnd Engern/ Iulius bischoff zu Wintzburg/Herzog in Francken/ Werner Herr zu Gimmenich/Landtrost des Für-



III

Fürstenthums Gülich / Johan Lauverman / vñ Herman Rinck / beyn
de der Rechten Licentiaten / vnd Probst zu Cleue / Fürstliche Güliche /
vnd zu dieser sachen geuolmechtigte subdelegirte Rhät / Ott Heinrich
Graff zu Schwarzenburg / Herr zu Hohenlandsberg / Römis. Kan.
May. Rhät / vñnd oberster Hoffmarschalek / entbieten den Hochge-
born / Würdigen / Volgeborenen / Edlen / Besten / Ersamen / Fürsichti-
gen / vñnd Weisen den general Stenden der Niderlanden vnser
freundlich dienst / gunst / gnad / alles guts / auch ganz willige / freund-
liche dienst: Und fügen E. L. L. euch / ewer F. G. vnd euch / hiemit freund-
lich / günstig / gnedig vñ freudlich zuwissen: Als der aller durchleuchtigst /
Großmechtigst / vnd Uüberwindlichst Fürst vñ Herr / Herr Rudolff
der Ander / erwölter Römischer Kanſer / zu allen zeiten mehrer des
Reichs in Germanien / zu Hungarn / Behaim / Dalmatien / Croatię
vnd Selauonien / c. König / Erzherzog zu Oſterrīch / Herzog zu Bur-
gūd / Steyr / Kärndtē / Graim vñ Wirttenberg / c. Graff zu Tyrol / c. vñ-
ser aller gnedigster Herr / vns die Pacifications handlung zwischen dem
König zu Hispanien / c. vñserm lieben Herrn / freud / vñ gnedigsten Her-
re / an einem / vnd dan ewer L. L. ewer F. G. gunsten / vnd euch / andern-
theils / aller gnedigst committirt vñnd beuolhen / vñnd wir ihrer Kanſ.
May. zu schuldigem gehorsam / der Kön. W. zu Hispanien / auch ewe-
ren L. L. F. G. vnd euch / zu freundschaft / gunsten / gnadē / gemeiner woh-
fart zum besten / vñnd furnemblich die allerseit Partheyen / auf dem
schädlichen mißtrauen / täglichen hohen beschwerden / widerumb in
gutten vorstand / ruhe vñnd friedn zu stellen / solch hochwichtig werck
vnd schweren last auff vns genommen / desz wegen kurz verruckter ta-
gen von ihrer Maiest. benenter malstatt hic in der Stadt Göllen
personlich einkommen / vñnd als bald bey vns aus vñserm mittel / oder
serlich gleidt / vnd sicherheit / für die ienigen / so sie aus ihrem mittel / oder
von ihrentwegen hiehn Göllen zur tractation vnd handlung ab-
ordnen vnd fertigen würden / frey vnd unbesorgt mit ihren leiben / haas-
ben / güttern / dienern / vñ wen sie ben sich haben werden / zu Wasser vnd
Land zu vñnd abziehen / vñnd reisen möchten / anlangen vñnd ersuchen
lassen.

Wann dann Hochgedachte Kan. May. vñser aller gnedigster Herr /
vns zu solcher friedens Tractation / vnd was darzu dienlich vñ nötig ih-
ren Kanſerlichen gewalt aller gnedigst anbeuolen / vnd committirt / vnd
wir die Güliche Fürstliche Rhät / vñ vñserm gnedigste Fürste vñ Her-
re zu Gülich darzu subdelegirt / vnd mit gnugsamem gewalt vñ beuelch
verschen / So haben wir solch zimblich billich begern ewern L. L. ewern

III.

F. G. gunsten vnd euch nit verwaigern wöllen. Bekennen derowegen
 hiemit öffentlich vnd thun kund allermenniglich in krafft dises unsers
 offnen Brieffs/daz wir an statt vnd von wegen der Römischen Kays.
 May. unsers aller gnädigsten Herrn/ deren platz vñ Personē wir in dieſer
 sachen ausz anbevolner Commission verwalten/ allen vñ jeden E.
 L. Lewern F. G. gunsten vnd ewern Gesandten/ Mandatarien/ Pro-
 curatoren/ Beuelhabern vnd deputierten zu jetz vorstehender Paci-
 fications handlung hieher verordnet haben/ oder noch verordnen vnd
 abfertigen würden/was stands/wesens/oder würden die seyn würde/
 ein frey sicher/vnbesorgt/strack Kaysrlich glaide gegeben haben/ geben
 vnd thū solches wissentlich hiemit in krafft dieses/dergestalt/daz sie eu-
 wer L. L. ewer F. G. gunste/ vñ ewere Gesandte/ Mādatarij/ Procura-
 tores/ Beuelhaber/ vñ deputirte/ mit iren leiben/leuten/ dienern/ haabe-
 vnd güttern/ vñ wen sie vngewerlich bey sich haben werden/ zu Koß oder
 fuß/ zu Wasser vnd Land/ frey/ sicher vñ unbefahrt hieher gen Göltz in
 die Statt kommen/ darin zu iherer notturfft vnd gelegēheit sich vnderhal-
 ten/ zu/ vnd widerüb ab in jre gewarsam so oft es inen gelicht/ vñ jre not-
 turfft erforder/ sicherlich vnd unbefahrt ziehen vnd reisen/ ihren beuelch
 verrichten/ vñ den sachen abwartē mögen/ vnuerhindert menniglichen.

Gebieten derowegen ausz Kaysrlicher/ in dieser sachen anbevolo-
 nem gewalt allen vñ jeden des H Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Prela-
 ten/ Graffen/ Herrn/ von Adel/ Stettmeistern/ Burgermeistern/ Rhä-
 ten/ Stetten/ Communen/ Gemeinden/ vnd allen der Kaysr. May.
 unserm allergnädigsten Herrn/ vnd dem heiligen Reich vnderworffen-
 nen vnd zugethanen Ständen vñ Vnderthanen/ Geistlichen vñ Welt-
 lichen/ was würden/ stands/ oder wesens die seyen/ bey iher Kay. May.
 vngnaden/ vñ schweren vnmachlessigen straffen/ fur ons einen jeden seis-
 nes städt/ brüderlich/ freudlich ersuchend/ vnd vermanen/ daz sie wöl-
 len inen den obgenanten der Niderländischen Ständ hieher verordnete
 Gesandten/ Mādatarien vnd Beuelhabern/ iren leuten/ Dienern/ lei-
 ben/ haaben/ güttern/ vñ die sie vngewerlich mit sich bringen/ dises unser
 Kaysrlich glaide: strack/ rein/ sicher/ vnd unbefahrt halten/ dagegen
 nit betrüben/ beschweren oder hindern/ beschweren oder betrüben lassen
 in keinerley weise/ sonder frey/ sicher/ vnbeforgt/ mit ihen leiben/ leu-
 ten/ Dienern/ haab vnd güttern/ zu Wasser vnd Land/ wandern/ passi-
 ren/ ab vnd zuziehen lassen/ vngewisselter zuuersicht/ es werden sich
 hingegen sie samptlich/ vnd iher jeder insonderheit/ aller bescheidenheit
 vnd glaide/ erzeigen vnd verhalten. Alles sonder gefahr vnd arglist/
 an deme allem beschicht/ neben der gebür vnd billigkeit/ der Kay. May.
 ein schuldiger/ vndertheniger/ gehorsam/ vnd angem. gefallen/ für
 uns in freunschafft/ gunsten/ gnaden/ vnd allem gutten zuerkennen/ auch

V.

auch vnderthenigst / vnderthenig / vnd freundlich zuverdienen vnd zu
beschulden. Datum Cölln den eilfsten tag Aprilis / in den Jahren vn-
ser lieben Herrn vnd Seligmachers fünffzehenhundert / vnd in dem
neun vnd siebenzigsten Jahr.

Num. IIII.

SIR Gebhart von Gottes gnaden erwölter zu Erzbischoffen zu Cölln / des H. Römischen Reichs durch Italien Erzantzler / vñ Churfürst / Herzog zu Westphalen vnd Engern / &c. Thun hiemit kund / gegen menschlich bekennend / Nachdem die Röm. Kays. Maiest. vñser allergnedigster Herr / aus Christlichem / friedliebendem / Vätterlichen eyfer vnd zuneyung / damit die hochbeschwerliche Kriegswesen vnd vrühe vnd einigkeit daselbst widerumb angestiftt vnd gepflanzt werden möcht / auff beyderseits der ends streittenden theilen bewilligung eine Pacifications handlung / anhero in vñsre Stadt Cölln anbesamt / vñs neben andern vñsern Brüdern / Neuen / Vettern / mit Churfürsten / Fürsten / vñsern lieben Herrn / freunden vnd besondern / darzu gnedigst verordnet vnd deputiert / Wie wir vns dann solcher Deputation höchst gemelter Kays. Maiest. zu vnderthenigstem gehorsam / gemeiner wolsart / vnd obgemelten Landen vnd leuten zum besten vnderzogen / Und dann sezo von dem Durchleuchtigen vnd Hochgeborenen Fürsten / Herrn Mattheissen / Erzherzogen zu Österreich / Herzog zu Burgundi / Steyr / Kärndten / Grain vnd Wirtemberg / Graff zu Habsburg vnd Tyrol / &c. fort den auch Hoch vnd Wohl geborenen / Bürdig / Ersam / Hochgelehrten vnd Vorsichtigen gemeinen Stenden derselben Landen / vñsern besondern lieben freunden vnd besondern / vmb vñsre Passport vnd Saluaguardijrhe abcordneten und Gesandten frey / sicher durch vñsre Lande vnd gebiet / zu alsolchem angestimpten tag vñ malstatt räisen möchten / mitzutheilen / so schriftlich als mündlich ersucht vñ gebetten worden: Daz wir demnach vor gemelte Gesandten zu obangesetztem tag vñ malstatt mit iren dienern vnd behabendem gezeug durch vñser Erzstift vnd gebiet / zu Wasser vñ Land zu räisen vnd zu ziehen vñser frey / sicher / stark vorwärts / gleid vnd pheligkeit gegeben haben / thun auch solch's hiemit trafft dieses vñser offnen Brieffs / für vns / vñsern Landen / Leuten / Vnderthanen / vnd allen denjenigen / deren wir vngewerlich mechtig seyn / vnd vmb vñsern willen thun vnd lassen sollen vnd wollen: Jedoch daß sich obgetüte abgeordneten neben ihen dienern vnd zugegebenen gegen vñsre Vnderthanen / Land vñ leut ohnbeschwerd / sonder gleichlich verhalte.

V I.

Beuelhen darauff allen vnd jeden vnsern Amtleuten/Amtsuertverwe
fern/Bogten/Schultheissen/Zoltern/Kelnern/Burgermeistern/Ra
then/vnd ins gemein allen vnsern Dienern/dieser vnd jener seiten
Rheins/hiemit ernstlich/vnd wöllen/daz ihr vielberüten Verordne
ten vnd Gesandten solchs vnser gegeben gleid fast/steet vñ vnuerbrüch
lich haltet/darwider sie/doch auff vorangedeute maß/ihres gleidlichen
verhaltens nit beschweret/noch beschweren lasset/bey vermeydung vn
ser straff vnd vngnad.Daran beschicht vnser ernster beuelch/will/vnd
mehnung.Vrkund vnser hierunden auffgetruckten Secrets.Ge
ben in vnserer Stadt Cöllen den viij.Aprilis/im 1579.Jahr.

Gebhardus manu prop. sst.

Johan Kemp sst.

Num. V.

BON Gottes gnaden/Wir Wilhelm Herzog zu Gl
ich/Cleue/vnd Berg/Graff zu der Marck vnd Ra
uensberg/Herr zu Rauenstein/et c. Thun kund/vnd für
gen damit vnsern Landrost/Amptleuten/Bogten/
Richtern/Schultheissen/Botten/Burgermeistern/
Rähten/Gemeinden vnserer Fürstenthumb vnd Landen/vnd sonst
allen vnd jeden/was würden/wesens oder stands die seyen/denen diser
gegenwärtiger Brieff vorkompt/oder darmit ersucht werden/zuwis
sen/ Was massen der Durchleuchtigst/Hochgebörner Fürst/vnser
freundlicher lieber Vetter vnd Schwager/Herr Matthias/Erzher
zog zu Österreich/Herzog zu Burgundi/Steyr/Kärntn/Grain
vnd Württemberg/Graff zu Habsburg/vnd Tyrol/vns sampt den ge
meinen Niderländischen Stenden durch Schrifften zu erkennen ge
geben/wie sie zu der jetzt gen Cöllen/zu der beuorsthenden fridens
Tractation ein ansehenliche Bottschafft dahin absfertigen zulassen ges
meint: Zu dem ende dann vnser Pasibrieff vnd Saluaguardien mit
zutheilen freundlich vnd dienstlich ersucht/Daz wir demnach ihnen
dieselbe/beuorab in diesem nutzen/heilsamen werck mit zuuerweigern
gewist. Beuelhen darauff allen vnd jeden vnsern Amtleuten/Beuel
habern vnd Vnderthanen/obgemelte/berürte Bottschafft sampt jren
bevhabenden Dienern/Pferden vnd gezeug/da sie vnser Fürstent
humben/Lande vnd gebiet/es were gleich zu Wasser oder Lande be
rürten vnd hindurch raißen würde/nit allein gleidlich/ohne einiges auff
halten passieren zu lassen/sonder auch auff ihr ansuchen mit lebendig
gleid zuuersorgen/vnd nit zu gestatten/daz ihnen einiger vnb
fugter gewalt zugefügt/sonder viel mehr alle gute befürderung vnd
vorschub erzeigt werde. Das wollen wir vns also zu meniglich vnd
einem

VII.

einem jedern besonder dergestalt versehett / wie dann darab vnser
re gefellige meyning beschicht. Vrkund vnser gewonlichen Handzei-
chens/ vnd hierauff getruckten secret Siegels. Geben auff vnserm
Schloß zu Monreberg/ am zehenden Monatstag Aprilis / im fünfs-
zehenhundert/vnd neun vnd siebenzigsten Jahr.

Wilhelm Herzog zu Gülich/ &c.

Num. VI.

PHILIPPVS Secundus, Dei gratia, Rex Castel-
lae, Legionis, Arragonum, Nauarræ, Neapolis,
Siciliæ, Maioricarum, Sardiniæ, Insularum India-
rum, & terræ firmæ Maris Oceani, Archidux Au-
striæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiaæ,
Limburgi, Geldriæ, & Mediolani, Comes Habs-
burgi, Flandriæ, Arthesiæ, Burgundiæ, Palatinus,
& Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphaniæ, Prin-
ceps Zueuiæ, Marchio Sacri Romani Imperij, Dominus Frisiæ, Salici-
narum, Mechliniæ, Territorij Traiectensis, citra & vltra Issulam, &
Groeningæ, necnon Dominator in Asia, & Africa, &c. Recognosci.
mus & notum facimus tenore præsentibus, vniuersis: Quod cùm ex
parte Serenissimi, & Potentissimi Principis, Domini Rudolphi, Ro-
manorum Imperatoris, Augusti, consanguinei, affinis, & fratris no-
stris charissimi propositum nobis fuerit: vt ad sedanos nostrarum in-
terioris Germaniæ ditionum tumultus, de aliquibus concordie con-
ditionibus agi permetteremus. Nos, qui amore paterno eos Status v-
nicè prosequimur, nihilque haetenus studiosius curauimus, in ijs o-
mnibus, quæ ibi gesta sunt, quam vt illos ad quietem illis vtilissimam
reduceremus, nunc quidem etiam libenter in eandem ipsam cogita-
tionem, & voluntatem venimus. Itaq; cùm prædictus Serenissimus
Imperator Commissarios, qui de ipsis conditionibus agant, sit nomi-
natus, Nos itidem elegimus, nominauimus, & deputauimus, sicut
fidelem nostrum, dilectum Don Carolum ab Aragonia, Principem
Castruerani, Ducem Terrenouæ, Marchionem Auolæ, Comitem
Burgedij, consanguineum nostrum, Magnum Connestabilem, &
Admirantum, consiliariumq; in nostro vltiori Siciliæ Regno pro-
pter singularem opinionem & fidem quam de ipso, eiusque integrati-
tate & prudentia habemus, deque eius optimo zelo, quem erga Dei
cultum & communem Christianæ Reipublicæ vtilitatem, necnon
erga priuata nostrarum rerum & statuum commoda studiosissime
gerit, eidemque propterea potestatem, facultatem, autoritatem,
commissionem & speciale mandatum damus, concedimus & elargi-
mur, vt pro nobis, nostroq; nomine intersit, & assistat, vna cum præ-
dictis

VIII.

dictis Commissarijs ab eodem Sereniss. Imperatore nominandis, & cum alijs quoque ab ijsdem nostris Statibus inferioris Germaniae personis deputandis, sufficientia mandata ad eandem rem habentibus in loco ad eam congregationem, & conuentum per praedictum Sereniss. Imperatorem designato, seu designando, vt ibidem dictus Dux, tanquam Commissarius, & Mandatarius noster proponere, communicare, approbare, & concedere possit & valeat, quæcunque media, conditiones & articulos, quos, seu quæ ipse viderit expedire, ad bellicos motus in dictis nostris Statibus sedandos, & firmâ pacem, concordiam & tranquillitatem ibidem constituendam, vt & pacificè viuant (quod maximè illorum refert) & religionem Catholicam Romanam, nostramque au&toritatem & obedientiam seruent, & generaliter & nostro nomine, ac pro nobis dicere, tractare, facere, promittere & concedere possit, & valeat, quæcunque ad praedictum finem & effectum consequendum, oportuna & conuenientia esse iudicauerit, & quæ nosipsi, si præsentes ibi essemus, faceremus, facere que possemus, & si talia essent, quæ mandatum exigerent maius speciale, quam præsentibus est expressum, promittentes in fide, & verbo Regis, & Principis, nos gratum, ratum, firmum & stabile perpetuo habitueros, quicquid per dictum Ducem Terræ nouæ, virtute huius nostri Mandati & Commissionis dictum, pactum, factum, vel conuentum fuerit, illudque in uiolabiliter & absqueulla diminutione obseruaturos, impleturos, obseruari & impleri facturos. Harū testimonio literarum manu nostra subscriptarum, sigilliique nostri appensione munitarum. Datum in Oppido nostro Madrito, die xxx. Mensis Augusti, Anno à nativitate Domini millesimo, quingentesimo, septuagesimo octauo, Regnorum autem nostrorum, videlicet Hispaniaru & ulterioris Siciliæ xxij. citerioris verò Hierusalem & aliorum xxv.

Sic subscriptum, Philippus.

Ad mandatum Regiæ & Catholicæ
Maiestatis proprium

Gab. à Cayas sct.

Num. VII.

Schwürdige Chur vnd Fürsten/ Auch Edle/Veste/Würdig vnd Gelehrte/ Unser freundlich dienst/ vnd was wir sonst mehr liebs vnd gutes vermögen/ auch unfern gruß/ vnd gnad zuuorn/ geliebte Herrn/ freund/ vnd liebe besondere: Nachdem es der Röm. Kays. Maiestat/ unserm allergnedigsten Herrn vnd Brudern/ aus einem Christlichen vnd friedliebenden/ Väterlichen gemüt/ auf vorgehende der Königl. Würden zu His

IX.

zu Hispanien/ ic. bewilligung / mittels Götlicher gnaden / durch ihre
Kaiserliche intercession in der Stadt Cöllen eine friedshandlung zu
pflegen/ vnd diese betrübte Landen vnd Vnderthanen von dem lang-
wreenden/ hochschädlichen Krieg dardurch zu entheben / allergnedigst
gelieben können/ Warzu dann auch ewer L. L. vnd ihr/ sich personlich
zu bemühen vnd gebrauchen zulassen so freund vnd gutwilliglich er-
scheinen. Und dann wir neben diesen Landtständen auch nichts liebers
von dem Allmechtigen dann einen bestendigen / Gottseligen friedem
wünschen können noch mögen / Als haben wir auff alsolchen friedli-
chen tag / den Hochgeborenen Fürsten / Philippen von Gron / Königl.
Würden zu Hispanien/ ic. Rittern des gulden Vellis / Herzogen zu
Aarschott/ Prinzen zu Chymay vnd Porcien/ Graffen zu Beaumont
vnd Sennigen/ ic. vnsern freundlichen lieben Ohnen / Auch die Ehr-
würdig/ Ehruest vnd Gelehrte/vnsere liebe besondern / Johan von
der Linden / Prelat zu Sanct Gertrud in Löuen / Friederichen von
Dyue / Prelat zu Marolles / beyde vnsere vnd des Rahts von Sta-
te Rähte / Bucho Aytta / Probst zu Sanct Bauo in Gent / Erzdes-
chant zu Ypern / Gasparn Schetz / Herrn zu Grobendonck / haupt vnd
Tresorirn generaln der Finanz / Franze Doignes / Herrn zu Beaure-
paire / Beaumont/ ic. Adolffen von Meeckercke / vnsern vnd des Rahts
von State Raht / Adrian von der Wylen / beyder Rechten Doctorn /
Bernhardten von Merode Rittern / Herrn zu Rumme / Adolffen von
Goer / Herrn zu Kaldenbruch / vnd Aggeus Albada / beyder Rech-
ten Doctorn / gen Cölln mit instruction vnd volkommenem beuelch
abgefertiget / die ewer L. L. vnd ihr / von ihnen gegenwärtig vernem-
men werden. Und ersuchen demnach E. L. L. vnd euch / hiemit ganz
freundlich vnd gnedigst / die wöllen denselben vnsern vnd diser Sten-
de Gesandten nit allein in ihrem anbringen / vnd allem deme / so sie
ewer L. L. vnd euch / in vnserm namen fürtragen werden / gleich vns
selbs volkommnen glauben geben / sondern auch sich darauff also
freundlich vnd gutwillig erzaügen / wie solches E. L. L. als friedfer-
tigen Churfürsten und Fürsten / vnd euch / als fürnembsten Gliedern
vnd Verwandten des heiligen Römischen Reichs / zu trost diser hoch-
bekümmerten Niderlanden / vnd volabringung eines Götlichen und
bestendigen friedens gebürt / vnd zu thun wol wissen werden / Wir
auch vns dessen also zu denselben gehörlichen verschen / vnd mit ange-
mer freundschaft dienstlich zuuerschulden / auch mit gnaden zu erkenn-
nen jeder zeit wol bereit seyn. Datum Antorff den xxiiij. Aprilis /
Anno M. D. LXXXI.

X.

M^{at}thias von Gottes gnaden Erzherzog zu Österreich/
Herzog zu Burgundi/ Steyr/ Kärndten/ Grain vnd
Wirttemberg/ Graff zu Habsburg vnd Tyrol/ durch
allgemeine Niderländische Stend eintrechtinglich angenomme
ner vnd erwölter Gubernator vnd Capitany general/ &c.

Matthias st.

J. von Langen st.

S^EN Hochwürdigen Chur vnd Fürsten des h. Reichs/
Auch Edlen/ R^esten/ Würdig vnd Gelehrten/ an jeho
wegen der Röm. Kays. Maiest. deputierten vnd subde-
legierten Räht vnd Botschafften in der Stadt Cölln/ u. vñ
fern lieben Herrn/ freunden/ vnd lieben besondern.

Num. VIII.

S^Hochwürdigste/ Hochwürdige Chur vnd Fürsten/ vñser
freundlich/ vnderthenig vnd willige dienste seyen E.L.L.
auch Chur vnd F.G. vnd euch Edlen/ Ehruesten/ Wür-
digen/ Gelehrten vnd Weisen/ vñsern gruß/ gnad/ gunst/
alles gutsch/ vñ Nachbarliche/ freundwillige dienste zuorn
berait/ Günstig/ liche/ gnedigst vñ gnedige Herrn/ auch besonder lieben
vñ gute freund: Nachdem es der Rö. Kan. May. vñserm allergnedigste
Herrn/ aus einem Christlichen vnd friedliebenden/ Vatterlichen gemüt
auff vorgehende der Königl. May. zu Hispanien/ &c. bewilligung/ mit-
telst Göttlicher gnaden/ durch ihre Kaiserl. intercession in der Stadt
Cölln eine friedshandlung zu pflegen/ vnd dise betrübt Lande vnd
Vnderthanen von dem langwerenden/ hochschädlichen Krieg dardurch
zu entheben/ aller gnedigst gelieben können/ Wo zu dann E.L.L. auch
Chur vnd F.G. vnd ihr/ sich persönlich zubemühen vnd gebrauchen zu
lassen/ so freund/ günstig/ gnedig vñ Nachbarlich erschienen/ Und dañ
die Fürst. Durchl. zu Österreich/ &c. vñ wir auch nichts liebers von dem
Allmechtigen/ als einen bestindigen/ Gottseligen friedens wünschen
können noch mögen: Als haben höchstgedachte ihre F.G. neben uns
auff solchen friedlichen tag/ den Hochgeborenen Fürsten/ Herm Philip.
sen von Eroy/ Kön. May. zu Hispanien/ &c. Rittern des gulde Bellis/
Herkogen zu Arschott/ Prinzen zu Chymay vñ Porcien/ Grauen zu
Beaumont vnd Sennigen/ &c. Auch die Chr^würdig/ Edel/ Ermuest vñ
Hochgelchrte vñsere besonder lieb vñ gute freund Johan von der Lin-
den/ Prelat zu S. Gertrud in Löuen/ Friederichen von Dyue Prelat
zu Ma-

XI.

zu Marolles / beyde des Rahts von State Rahte / Bucho Aytta
 Probst zu S. Baio in Gent / Erzdechand zu Ypern / Casparn Schelz
 Herrn zu Grobendock / haupt vnd Tresoriern generaln der Finanz /
 Franken Doigines / Herrn zu Beaurepaire / Beaumont / ic. Adolffen
 von Neetkercke / auch des Rahts von State Raht / Adrian von der
 Nylen / bender Rechte Doctorn / Bernhardt von Merode Rittern /
 Herrn zu Rumme / Adolffen von Goer / Herrn zu Kaldenbruch / vnd
 Aggeus Albada / bender Rechte Doctorn / gen Cölln mit Instruction
 vnd volmechtigem beuelch abgefertigt / wie E. L. L. auch Chur vnd F.
 G. vnd ihr von ihnen gegenwertig vernemmen werden. Und ersuchen
 demnach E. L. L. auch Chur vnd F. G. vnd euch hiemit ganz freund /
 vnderthenig / dienst vnd Nachbarlich / die wollen denselben unserm Ge-
 sandten nit allein zu ihrem anbringen vnd allem deme / so sie E. L. L.
 auch Chur vnd F. G. vnd euch in unserm namen fürtragen werden /
 gleich uns selbst / volkommenen glauben geben / sondern auch sich dar-
 ches E. L. L. auch Chur vnd F. G. vnd euch / als friedfertigen Chur-
 fürsten vnd Fürsten / vnd guten Nachbarn / auch fürnembsten Glidern
 des heiligen Röm. Reichs / zu trost dieser hochbekümmerten Niderlan-
 den / vnd volnbringung eines Göttlichen vnd bestendigenfriedens / ge-
 bürt vnd zu thun wol wissen werden / Wir uns dessen auch also zu den-
 selben gentlich verschen / vnd mit allen freundlichen / geflissen dien-
 sten zu verschulden / auch vndertheniglich zu verdienen / vnd Nachbar-
 lich zu vergleichen / jederzeit ganz bereit seyn wollen. Datum Antorff /
 den xxvij. Aprilis / Anno 1579.

E. L. L. freund vnd gutwillige

Auch E. Chur vnd F. G. vnd ewere

Vnderthenige / dienstwillige /
vnd wolgeneigte

Die gemeine diser Niderlanden Stende /
Mit derselbigen beselch.
A. Byleuen sst.

DEN Hochwürdigsten / Hochwürdigen / Chur vnd Für-
 sten des H. Reichs / Auch Edlen / Ermüsten / Würdigen /
 vnd Hochgelehrten / an sezo wegen der Röm. Kays. Maiest. de-
 putierten / vnd subdelegierten Raht vnd Bottschafften in der
 Stadt Cöllen / unsern günstigen / lieben / gnedigsten vnd gnedi-
 gen Herrn / auch besonder lieben vnd guten freunden.

XII.



Onsieur, ieuſſe bien desiré, que vostre voyage eut été plus heureux, qu'il n'a été. Ainsy comme i'ay entendu par voz lettres, que vous m'avez escriptes de Breda: Toutesfois i'espere, que ce petit voyage servira de quelque chose, affauoir, pour vous faire auoir plus de pitié de ceulx, qui ont été si loing temps faisant le mestier, de coucher dedans les nauires, & jouuent avec beaucoup de dangiers. I'ay auſſi depuis receu voz lettres, escriptes a Nimen, de quoy ie vous remercie. Depuis vostre partement, Messieurs les Estat^z ont receu lettres des Estats d'Artois, par lesquelles ilz remonstroient, quil n'estoit besoing, d'enuoyer a Couloigne pour la paix, d'autant, que l'Empereur nous tireroit en longeur: Mais si nous voulions enuoyer a Arras, que les deputez du Prince de Parme, feroient bien vne bonne paix avec nous: par ou, Monsieur, il me semble estre bien aisé, a entendre, que le Prince de Parme a trouué en Artois des hommes propres, pour aduancer plustost ses affaires particulières, que non pas les publicques de ce pays, ce qui apparoit encors mieux par ce, qui s'est traicté ces iours passéz a Mons aus Estat^z, où sont allez Messieurs de Marquis, & de Frezin: Car les deputez de Artois, qui y sont venuz, ont proposé, que le Prince de Parme demeurera Gouverneur general de tous les pays, trois mois apres la sortie des Espaignolz. En quoy vous voyez monsieur, qu'ilz veullent premierement se defaire de Monsieur l'Archiduc, & puy. Ecclesiastiques trouuent bon ce que, qui est proposé par ceulz d'Artois, & semble, que la ville de Mons y accorderoit: Mais le noblesſe, & les petites villes ne sont de cest aduis. Toutesfois il n'y a encoré aucune chose de conclu. Mons. de Crainne est allé trouuer monsieur de Montgny, de la part de son Alteze, pour lui faire entēdre les tromperies dont vſent les Espangolz en ſon endroict, comme il verra par lettres interceptes, que Monsieur de la Laing a enuoyez, & aussi pour lui faire entendre, qu'il est nécessaire, qu'il ſe ſolue a ſortir de la Flandre, d'autant, que les quatres membres ne veulent en facon quelconque ſouffrir, qu'il leue plus aucunes contributions, comme il a fait par le paſſé: Ainsitoutesfois quil ſe promet encore de faire par l'accord paſſé au Mont ſaint Elon, avec la Maieſté autremēt qu'il ne ſera plus poſſible, d'empêcher que la guerre ne lui ſoit faict, comme a la verité ce trouble de Flandres nous rompt entierement toutes noz affaires. Ce qui ſuccedera, ie ne feray faulte de vous aduertir. Et ſur ce me recommandant tresaffectionnément à vostre bonne grāce. Je prie Dieu vous donner.

Monsieur, en bonne ſanté heureufe vie & longue. D'Anuers le 2. iour de May, 1579. Et eſt ſoubſcript: Vostre tresaffectionné frere, & amy, a vous fat reſeruice. Et plus bas: Guill. de Nassou. Et par poste date de la main propre de Monsieur le Prince d'Orange.

Monsieur, ie vous prie, de vouloir faire part a noz bons Seigneurs & amys, de ce, que c'eſt paſſé, depuis vostre partement, ainsy que ie vous escript, & les affeſſeur de la volonté, que i'ay, de leur faire ſeruice, & tout plaisir. La ſuperſcription

XIII.

ption est telle: A Monsieur, Monsieur le Duc d'Arschot, &c. Cachetez en cire
vermeille, avec les armes dudit Seigneur Prince.

Recen a Couloigne le 6. de May 1579.

Num. 10.

Nous Matthias, par la grâce de Dieu Archiduc d'Austrie, Duc de Bourgoigne, Styrie, Carinthie, Carniole, Virtemberg, &c. Conte de Habsburg, Tyrol, &c. Gouverneur, & Capitaine général des Pays bas, par les Estats généraulx a ce choisy. Et les Prelats, Nobles, & députez, des villes représentans les Estats desdits pays, présentement a ce spécialement & solennellement conuocquez, & en nombre compétent assembliez en la ville d'Anvers: Au tous ceulx, qui ces présentes verront, salut. Comme la communicatio, tenue par noz députez, avec ceulx defeu le Seigneur Don Iohan d'Austrice, au mois d'Aougšt dernier en la ville de Louvain, sur le faict de la pacification des miserables troubles & guerres, dont ces pays sont esté tant extenuez, n'auroit esté affectuée, ny peu confuyure le fruit desiré & nécessaire pour éviter la totale ruine d'iceux: A cause, que par lettres du Roy catholique, tendat icelle communication le pouvoir d'acheuer, seroit esté offert audict Seigneur Don Iohan, & le tous remis a la Majesté Imperiale, laquelle seroit esté servie de comme mediateur & amiable compositeur, y interposer son autorité, & a cest effect enuoyer aulcuns Princes, & autres ses Ambassadeurs, en la ville de Couloigne. Nous ayant aussi aduerty de la bonne intention de sadicte Majesté Royalle. Nous desirans n'obmettre moyen ou occasion quelconque, de deliurer lesdits pays, & bons inhabitaſ d'iceulx, desdits guerres, troublés, & calamitez, a ce que d'ores devant chacun soit remis, conserué & maintenu en paix & repos, ensemble en ses droictz, franchises, libertez, & prosperité, à l'honneur de Dieu, au service de sadicte Majesté Royalle, bien & tranquillité de ses bons subiectz, & amateurs de la patrie. Scauoir faisons, que en qualité susdicts: Auons commis & député, commettons & députons par cestes, nostre trésorier & trésamé Cousin Philippe Sire de Croy, Cheuallier de l'Ordre de la Thoison d'Or, Duc d'Arschot, Prince de Chimay, de Portien, &c. Conte de Beaumont, &c. de Senningen, &c. Reuerendz Peres en Dieu Messire Iehan van der Linden, Prelat de S. Gertrude, Damp Fridericq Dyue, Prelat de Maroilles, Conseilz d'Estat, Messire Bucho Aytta, Preuoit de S. Bauon a Gand, Messire Caspar Schetz Cheuallier, Seigneur de Grobbendocq, Vuesmale, &c. Tresorier general des demanies, & finances, Messire Francois Doigniez, Seigneur de Beaurepaix, Adolphe de Meeckercke, Esquier Conseillier d'Estat, Messire Adrian van der Mylen, Docteur es Droictz, Conseillier au conseil provincial de Hollande, Messire Bernard de Merode Cheuallier, Seigneur de Rummen, Messire Adolf von Goor, Seigneur de Caldenbroek, &c. Docteur Aggeus Albada: Ausquelz par ensemble, ou les cinq ou six d'iceulx, auons donné, & donnons par ceste plain pouoir,

XIII.

voir, auctorité & mandement general, & special, de se trouuer vers lesdits Seigneurs Ambassadeurs Imperiaulx, & proceder avecq les deutez de ladicte Maiesté Royale, ulterieurement a ladicté communication traicter, ausir, & conclure vng bon accord, & pacification, comme pour le plus grand auancement & seurte du bien publicque, & specialement a la deliurance de ces Pays, de tous estrangiers, qu'ilz trouueront conuenir, le tout suyuant l'instruction, qu'ils ont de nous. Aussy s'oblier a ceste fin, avecq les deutez de ladicte Maiesté catholique. Bien entendu, que le tout sera conclu &acheué deans six sepmaines dois le premier iour de la communication, lesquelz expirez, seront lesdits deutez temuz d'incontinent retourner par deca, sans s'elargier d'avantage. Et pourront lesdits deutez choisir telz personnaiges, qu'ilz trouueront conuenir pour les ayder, & assister. Aussy vng Secretaire, pour s'en seruir en toutes occurrences, a l'effect susdict : luy donnant pouoir & auctorité de tenir note de tous actz, & les depescher & signer comme appartient : Promettant de bonne foy, & sur l'obligation de nous, & chacun de nous, noz successeurs en particulier, & en general, avecq tous noz biens quelconques, presens & aduenir, auoir pour agreable, & tenir ferme & estable a tousiours, tous & chacun les pointz & articles, que nosdits deutez consentiront & accorderont en nostre nom, & le tout ratifier, & inuiolablement obseruer, & faire obseruer, furnir & accomplir, sans iamais contreuenir, ou souffrir estre contreuenu, directement ou indirectement en quelle maniere qu'il soit. En tesmonaige de quoy, nous Matthias Archiduc d'Austrice, Duc de Bourgoigne, &c. auons signé ceste de nostre propre main, & cacheté de noz armoiriez. Et nos Prelatz, Nobles & Deutez susdicts y auons fait appendre nostre commun seel, & signer icelle par l'vng de noz Secretaires. En Ainsy soubscript, Matthias sst.

Par Ordinance de son Altez.
N.D. Sille sst.

Par Ordinance desdits Seigneurs Estats.
A. Byleuen.

BREVIS EXPLICATIO EORVM, QVAE
octauo May 1579. Coloniæ acta sunt.

Num. 10.



N primo ingressu Reuerendissimis, ac Illustrissimis Sacri Romani Imperij Electoribus, & Princibus, Nobili ac præstantissimo viro, Illustrissimi Ducis Iuliacensis legato, Sac. Cæl. Maiest. Commisarijs amicè, humillimè, & officiosè exhibuimus literas nostras credentiales, quas à Serenissimo Archiduce Austriæ, & Ordinibus Belgij ad celitu-

XV.

Celsitudines, & Dignitates ipsorum habuimus. Et cum ad eas clarissimus vir Cancellarius Treuren. vicissim nobis literas Cæs. Maiest. traxisset, & vna cum ijsdesiderium, & studium in primis Imperatoris, deinde Electorum, & Principum Commissariorum nobis declarasset, simul etiam calamitates, & miserias, in quibus versaremur, gratissimum nomine eorum aperuisset cum exhortatione, qua ad huiusmodi media intenti esse vellemus, ut Regi Hispaniarum nostro naturali Domino reconciliaremur, firmaque pax inter nos tandem constitueretur: Illustrissimus Dux Arschotanus nomine Archiducis, & Ordinum Celsitudines & Dignitates dictorum Electorum, & Principum, amicè, humillimè, & officiosè pro desiderio & studio isto gravitas egit, & multis ex causis ostendit, nihil magis ipsi Archiduci, & Ordinibus in votis esse, quam ut pax ista coiri possit, nec unquam per eos stetisse, quin iampridem æquis conditionibus inita & conclusa fuerit, nisi per Regem, & ipsius Duces impedita esset: Rogare etiam, ut in eo animo, & voluntate gratosissime perseuerare vellent, Archiducem & Ordines id omni amore, officio, & humillimo seruitio, ac obsequio compensare ac demereret omnibus modis cupere.

Deinde, cum ex literis Illustriss. Principis Auraici, quas ad dictum Ducem Arschotanum dedit, colligi possit, non solum hic de pace agi per eos, quos Sereniss. Rex Hispaniæ, Dominus & Princeps noster naturalis ad hunc conuentum ablegauit, sed etiam Principem Parmens. idem tentare: Deinde etiam aliunde constet, quosdam alios ex nostratis Nobilibus sibi hanc potestatem arrogare, quod non minus ad priuatim cum singulis agere possint, eaque tractatio non minus ad imminutionem auctoritatis Cæs. Maiest. sed etiam directè commissione Reuerendiss. Electorum, & Principum, qui ad hunc conuentum electi sunt, repugnet, simuletiam cœfusione totius negotij, et Provinciarum distinctionem, in pacis, et multorum præiudicium illatur sit, has literas Illustrissimus Dux Celsitudinibus et Dignitatibus ipsorum prælegere, et exemplar earum potentibus exhibere voluit, simul Archiducis, et Ordinum nomine amicè, humillimè, et officiosè rogare, ut de mandato Illustrissimi Ducis de Terra noua inquiratur, et si ipsi soli hoc negotium commissum sit, æquum esse, ut idem negotium alijs interdicatur.

Hæc paulo prolixius dicta sunt, sed summa eorum hoc scripto continentur.

Mandato Dominorum Legatorum Serenissimi Domini Archiducis ac Ordinum Belgicorum.

P. de Keessel fft.

ILLV-

XVI.

Num. 12.

ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI

Patres, ac Principes, Illustres, Nobiles, ac Generosi Viri, &c.



VO D Sanctissimus Dominus noster Romanus Pontifex ea, qua premitur vniuersitatem Christianorum Republicae cura, ac solicitudine in hac concordia tractatione summoperè exoptat, nec nouum, nec à vestrum mentis proposito alienum esse arbitror, ac firmissimè teneo, id est, veram, firmam, diuturnam pacem, qua nobilis illa, ac alias lètissima Belgica prouincia ad pristinam suam quietem, & tranquillitatem quamprimum restituatur. Huc tendunt illius pīssimi Patris ad omnes iamiam Principes legationes, exhortationes, exclamations, & in primis ad Deum Opt. Max. diuturnæ preces, ac (vt uno verbo dicā) omnes hac tempestate summi Pontificis cogitationes, desideria omnia huc potissimum respiciunt. Intelligit enim tot, tantasque perturbationes nullum tandem exitum habere posse, nisi Regionum illarum omnium excidium, certamque ruinam, necnon & huius amplissime ac nobilissimæ Germaniae Prouinciæ, quam ipse Pontifex (vt iam omnibus manifestum esse potest) omni gratia, ac munificentia prosequitur, ex his bellis, quæ tamdiu in eius foribus sustinet, non nisi pressens periculum & incommoda plurima; sed, quod intollerabilius est, tot animarum, quæ ante has turbas pietate, & religione iure optimo commendabantur, deceptionem, et perniciem. Clamat igitur Summus Pontifex cum Propheta: Veritatem, et iudicium pacis indicate in portis vestris, et veritatem tantum. et pacem diligite. Non enim pacis speciem desiderat, sed pacem item et veritatem, id est, veram (vt dixi) firmam, diuturnam: vera autem esse nequit sine vera fide, ac religione; nec firma, sine ea fide, quæ semper est firma, semper eadem, nunquam non in soliditate firmata; neque diurna, sine ea, quæ à redēptionis nostræ initio continua, diurna, perpetua semper fuit, eritque in æternum. Hæc est Catholica, antiqua, Romana fides, & religio, quæ apud eos, qui Christo nomen dederunt, & semper, & ab omnibus, & vbiique una, & eadem prædicata est. Hanc integrum, in uiolatamque seruari in his pactionibus cupit, & admonet. Non enim tantum ortus ab occidente, quanto pax ab impietate distinguitur. Loquitur namq; Deus, Pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor. Sunt quidē aliquæ Prouinciarum, seu ciuitates, quæ arbitrantur se pacem habere, quod diuersas in fide tolerant opiniones; sed si verius, perspicaciusq; res inspiciatur, leuem ac temporaneam habent, & fucatam quandam speciem tantum, & vñ.

XVII.

& ymbram pacis, sicut enim vna fides vnitatem conciliat, ita inter diuersa in ea sentientes, nusquam charitas, nullus verus amor, nulla quies; Sed suspicosa omnia, insidijs semper, ac terroribus exposita, atque ad discordias & seditiones paratiissima.

Dici non potest quanto pote gauisa sit eius Sanctitas, cum primum intellexit vos patres, prestantissimi ac illustrissimi Principes, illustres & Generosi viri à Sac. Cæs. Maiest. (cuius prouidentiam, & pietatem vel ex hoc quamplurimum commendat, & extollit) ad tam pium, tam necessum, tam exoptatum opus ablegatos fuisse; quantâ spe erecta sit, cum præclarissimum conuentum hunc cogi audiuit. Attramen optimi Patris, ac vigilantissimi Pastoris functioni deesse nolens, mceriam, licet indignum, & tantæ rei imparem, adesse voluit, vt in primis vos hortarer, ac requirerem, imo etiam in visceribus Iesu Christi enixere rogarem, vt omnem curam, industriam, & conatum forti, firmoque animo adhibeatis, vt tam præclarum, tam optatum, quod cœpistis, edificium perficiatis, tutissimoque, ac firmissimo fundamento consolidetis, & tanquam supramontem positi, omnia diligenter perlustrantes, compatiamini in aliquibus ex illis alioqui egredijs prouincijs, & Ciuitatibus, mixtum esse non paucis spiritum vertiginis, dum abiecta vera fide, vero, ac legitimo Principe credunt posse vñquam pace, ac tranquillitate frui. Vestrae igitur erunt partes, hanc ex illorum animis adimere, ac radicitus euellere deceptionem, & ita serio solideque peragere, vt iij, qui viam paucis non cognouerunt, sed constituerunt sibi Deos alienos, non solum ad verum Deum, veramque fidem omnino reducantur, sed adeo in veritate, & iuventia animum confirmant, vt deinceps vanitatibus, & illusionibus huiusmodi perpetuo repulsis, exultent, quasi eis per prophetam illum dictum sit. Ecce super Montes pedes euangelizantium, & annuntiantium pacem, celebrata Iuda festivitates tuas, & redde Altiss. vota tua, quia non adjicet ultra, vt pertranseat per te Belial. Nec non & cum sapientissimo Onia illo apud Machabæos intelligent, & agnoscat, si ne regali prouidentia impossibile esse Pacem rebus dari: Regem appellat, ut alius propheta ait, est opus iustitiae, pax. Cessent iam tenebre, sane. tur multorum cæcitas, neproijciat Isræl bonum, sed agnoscat bene- dictionem, reparetur disciplina, ubi labefactata est, reuocetur iustitia, Populi subditos sint, & fideles vero, ac legitimo Princi. Princeps vi- cissim subditos habeat vti filios, insit misericordia, parcatur pœnitentiis, redeuntes obuijs (quod aiunt) vlnis recipientur, instaurantur bonarum artium celeberrima studia, redeant Mercatores, confluant copiosæ merces, restituantur antiquæ illarum prouinciarum fides, Religio, obedientia, amor, læticia, diuinitæ, Pax denique & tranquilli- tas. Hoc inquam cupit, hoc monet, hoc urget Sanctus Pontifex, qui denique hæc omnia à Deo optimo maximo huius celeberrimi Con-

XVIII.

uentus opera, prudentia, ac pietate sperans, et ardenti charitate expe-
ctans, voluit me eius nomine, tum suam apud Regiam Maiest. et a-
pud alios, quoscumque opus fuerit, Christianos Principes authorita-
tem, tum et omnem opem, consilium, facultatem, et quicquid ab illa
sancta sede Apostolica pro illarum prouinciarum leuamine, ac con-
solutione emanare potest, promptissime spondere, et offerre, quo tā-
dem populus ille sedeat (ut verbis Isaiæ vtar) in pulchritudine pacis,
in tabernaculis fiduciæ, et in requie opulenta.

Num. 13.

ILLVSTRISSIMI, REVERENDISSIMI QVE, GE-
*nerosi, Nobiles & clarissimi, Sacrae Cæsareæ Maiestatis ad com-
ponendos mocus Belgicos tum delegati, tum Subde-
legati lange dignissimi.*



VX de terra noua à Ser. Rege Hispaniarum catho-
lico, ad instaurandam sui populi Belgici pristinam
tranquillitatem, solemniter constitutus Manda-
tarius, partim intellectis ijs, quæ vestro iussu sibi
hesterno die relata fuere, partim etiam viro scri-
pto, à Commissarijs Ordinum eiusdem dicti po-
puli exhibito, mentionem faciente, de facultati-
bus, quarum virtute tam Excel. et Illustrissimus Princeps Parmensis,
Regius Gubernator, locum tenens, et Capitaneus per Belgium Ge-
neralis, quam plerique alij Nobiles, negocio pacificationis, ac recon-
ciliationis populicū legitimo iuxta ac hæreditario suo Principe na-
turali fese imminiscere, ac illud, quo ad eius in ipsis est, promouere
conantur, Respondendo proponit, dicit et declarat. Quod vobis Il-
lustrissimis Cæsareis Delegatis, haud dubie iam antea satis superque
innotuerit, et signanter per inspectionem originalis Regij mandati,
procurationis, septima huius præsentis mensis in amplissimo vestro
conuentu exhibiti, qualiter idem Sere. Rex Catho. tum ad seriam in-
stantiam dictæ suæ Maiestatis Cæsareæ, tum etiam singularis suæ cle-
mentiæ, ac denique paternæ sollicitudinis, tam orbi terrarum, quam
vniuerso Sa. Romano Imperio manifestandæ studio, nihil sane prom-
ptius habuerit, quam vt alacriter obsequens pio desiderio eiusdem
Iuæ Maiestatis, totius negotiij componendi curam, et potestatem illi,
et Principibus ab illa delegandis, mira quadam animi fiducia concre-
deret, etiam peculiari ministro ad eum finem, cum procuratione suf-
ficieni ad locum, quo oportuit ex Hispanijs, destinato. Quo accidit,
quod idē Dux suprad. ad id munera cooptatus, huc se in Belgium iā-
pridē cōtulerit, et quidem suffultus facultatibus amplissimis, prout
luculentcr fidē est facturus ipsænet tenor supradicti Regij mandati.
Quan-

XIX.

prout luculenter fidem est facturus ipse met tenor supradicti Regij mandati.

Quantum igitur attinet ad piā cōaminā tam supradicti Principis Parmensis, quām cæterorum ministrorum Nobilium: omnino persuasum est dicto Duci eiuscēmodi, quāliacunq; tandem illa sint, haud aliò tendere, quām vt ea qualitate, qua Regius est locūm tenēs, & Gubernator Generalis, ac proinde frettū amplitudine sui manda- tigeneralis, perbenignè cum primis suscipiat particulares Prouincias, Oppida, & Ciuitates, si quāe forsan p̄r cæteris magis auidē anhelant̄ ad pristinam animorum tranquillitatem, ac præterea etiam spon- te memores debiti officij, quo obstrictē sunt Regi tanquam Principi suo naturali, suōptē motu aspirant ad salutarem reconciliationem. Illud autem dicto Principi hactenus licuisse, & adhucdum licere, res ipsa manifestior est, quām vt demonstrato ēgeat. Quid enim res illa obfutura studijs dictæ suæ Maiestatis Cæsareæ; atq; adeo etiam suo- rum Delegatorum, imo potius, cur non & profutura plūrimum, tanquam paucioribus superfuturis, quorū gratia laborem & folli- citudinem subire cogantur? Siquidē graue nimis foret ardenteriori- bus in spontaneam reductionem sui aditum p̄aclūdere.

Cæterum quod concernit ipsam generalem pacificationem cæ- terarum prouinciarum, adhuc (proh dolor) laborantium, & ad debi- tam obedientiam nondum redutarum, nulli dubiū esse potest, quin eius rei auctoritas, sicut attributa est, & Cæs. Maiest. vobisque Illustr. eius Delegatis, ita facultas tractandi, concordandi & concedēdi quāe tūnque necessaria, & oportuna videbuntur, haud dubiē impartita sit dicto Duci, soli & insolidum, prout constat ex Mandato iam ante producto, ad quod se refert.

Num. XIII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GE-
neroſi, Nobiles, Sacre Cæsareæ Maiestatis Com-
missarij.



V A E Cels. & Dign. vestris hesterno die placuit
Illustrissimo Duci Arschotano, & reliquis nobis
Ordinum Legatis proponere, ad ea breuiter hæc
nostra responsio est.

Primum, quod ad scriptum illud Ducis de-
Terra noua attinet, posteaquam Dominus Ioan-
nes Austriacus, dum in viuis esset, Ordinibus de-
clarauerit, sibi penitus tractandæ pacis commissionem ademptam
fuisse, atque hoc ipsum non ita pridem scripto Generoso Comiti Le-
gato Cæsarishic præsenti Princeps Parmensis significauerit, affirmas
omniem potestatem tractandæ pacis in Cæsarem translatam esse; Il-

XX.

Iustrissimus Dux, & nos reliqui admiratione quadam ducimur, & Sacrae Cæsareæ Maiestatis, eiusque Commissariorum auctoritati p^arum honorificum esse censemus, Principem Parmensem de nouo sibi non solum eandem potestatem assumere, & arrogare : sed eam quoque à Duce Terræ nouæ comprobari, simul etiam quod eos gratiotes & honoratores habeat, qui cum Principe Parmensi, quam qui iussu Cæsareæ Maiestatis cum Commissarijs ipsius de pace agere cūpiant. Nihilominus super hac re nullam cupimus cum Legatis Regijs disputationem inire, ne principali negotio aliquod impedimentum obijciatur, sed ea arbitrio, & iudicio vestro consideranda relinquisimus.

Secundum de Inducijs, Iustrissimus Dux & nos Sacrae Cæsareæ Maiestatis clementissimæ voluntati, quam aliquoties paterno animo suis literis Ordinibus significauit, humillimè obtemperantes contenti sumus, vt de inducijs ratio & tractatio ineatur. In quem finem conditiones quoque, sub quibus illas indici æquum sit, à Celsitudinibus & Dignitatibus vestris audire & intelligere cūpimus.

Quod tertio loco de medijs, quæ constituendæ paci seruire queant, propositum fuit, Serenissimus Archidux Austræ, Gubernator, & Capitaneus Generalis, & Ordines Belgij ad Sac. Cæs. Maiest. literas Illustriss. Duci, & nobis iniunxerunt : vt, quæ placebūt Sereniss. Regi Catholico Principi & Domino nostro naturali, per suos Legatos nobis proponere, vel, quæ sibi ab Ordinibus præstari velit, declarare, ea audiamus, & cognoscamus : quibus auditis, & cognitis, arbitramur meliori tum loco & ordine, quæ media necessaria erunt, sua sponte se oblatura. Actum Coloniæ 13. Maij, 1579.

Num. XV.

NEsseigneurs, Comme nous auons icy a la main les Députez du Prince de Parme, suffisament autorisez, pour nous accorder, & a tous aultres, qu'y en vouldroient iouyr conditions de paix ferme & assurée, & telles, que rasonnablement se peult demander, par dessus le maintenement de la pacification de Gand, vñion ensiuie & edict perpetuel, & par especial la prompte & reelle sortie & retracie de des Eſpaignols, & aultres estrangiers, hors de tous ces pays bas, sommes esté meuz de y entendre. Et par ce moyen procurer le fruct & repos, que tant auons tous désiré, du moins pourrons ſcavoir & descourir ſy en toute verité & francice on traicté avec nous. Ou ſy ce ne font qu'allectemens, qu'on nous donne pour nos decepuoir & ruyner, de quoy voz Seigneuries ne nous peuuent a bone raison redarguer, puis que tirois a meſme but, qu'elles ont tousiours faict, & les releuer par la bonne occasion, que ſe présente icy de la grande longeur, accompagnée d'infins dangiers & pe-

XXI.

¶ perilz qu'il y a au traicté encommencé par le moyen de l'imperiale Maisté, qui mesmement selon que represente l'Ambassadeur d'icelluy par son Secretaire, en vertu des lettres de sadicte Maisté est contremandé iusques a ce, qu'il aura de l'intention de voz Seigneuries, aduerty sadicte Maisté, qu'y sera encoires de loing traict avecq ce, qu'il pretend les commissions des Députez estre seellees des seaux des Prouvinces, quy bien difficilement voires nullement se pourra obtenir. Nous n'entendons par cela aucunement nous deseruir ains cōtraire pourfuiure & parvenir au but de nostre vniion, & en faire ioyr tout ceulx quy sont compris en icelue. Requirans partant bien humblement, qu'il plaise a voz Signeuries, ne trouuer mauaise nostre saincte & droicté intention, Mais nous assister au progrez d'icelle par Députez de faire part. Toutefois on ne lessr viendra a plaisir, enuoyer icy quelques Députez, ferons de buoir de les aduertir du succez de nostre besoigne. D'une chose vous voulons bien assurer, que n'auons rien tant a coeur, que l'expulsion & retracle des Eſpaignols & eſtrangiers, hors de tous ces pays bas : Et se rions marrys, qu'il y eut homme de l'univers, qui sceut faire paroistre par effect d'auoir fait plus de debouir, que nous pour leur sortie. En quoy continueronſ tous ſi conſtantment & viuement, que ame viuant, ne nous en pourra riens reprocher. Comme auſſi ferons au maintenement de nostre saincte foy & religion catholique Rom. & pareillement la deue obeissance de ſa Maisté, incontinent qu'elle aura effectué ce quelle nous promeſt, tant par ſes lettres du 7. de Feburier, que par ſes Députez. Ce pendant prierons Dieu vous donner.

Meffeigneurs. Lentier accompliſſement de leurs vertueux desirs, nous recommandans bien humblement a voz bonnes graces. Du lieu Abbatial Sainct Vaast D'Arras le 6. iour d'Apuril, 1579.

De voz Seigneuries

Humbles & affectionnez en ſervice
les Eſtatz en pays & Conté d'Artois,
Et Députez des Eſtatz de Haynegou.
Lille, Douay, & Orchiers.

Marchant fſt.

1579.
Par Ordre.

La superscription estoit,

A Meffeigneurs,
Meffieurs les Députez des Eſtatz, assemblez en
Anuers.

XXII.

Num. XVI.



Esseigneurs, par ce que l'on tache de diuers endroictz ca
 lumiier noz actions faisans a ces fins, semer entre le peu
 ple plusieurs propos, lettres & libelz diffamatoires, tous
 endans à sedition & confusion generale, N'auons voulu
 laisser de vous escrire ces presentes, non par forme de re
 ponce a voz lettres precedentes, pour entrer en contestation
 sur les discours & remonstrances y contenuez, mais
 seulement pour vous donner clairement & sincèrement a entendre nostre intentio,
 affin que voyez, de quel pied procedons, pour le bien & repos non seulement de ces
 Prouvinces particulières, mais de tout le pays en general, & que tant s'en faulte,
 que desirons retiner les Espagnols au pays, & les assister à faire la guerre aus
 aultres prouvinces, (comme faulstement on nous accuse) que mesmez prouurons de
 tout nostre pouuoir leur prompte retrainte, & y tenons la main selon que Jom
 mes obligez par nostre vnion, autant & plus que aultre prouince qu'y soit, vous
 assurans Messieurs, & protestans a tout le monde, que ne sommes intentionnez
 de faire aulcun traicté ou accord, n'est a la charge de la prompte issue des Espagne
 nolz, & tous aultres estrangiers hors de tous ces pays bas, & a condition de restitu
 ater toutes les places & villes par eux occupées es mains des naturelz du pay, a
 uec assurances raisonnables suffisantes, pour estre maintenuz & conseruez en
 vne bonne & fermé paix: Et de tout ce ne nous referer a simples paroilles ou
 promesses, mais de les veoir réellement effectuez, en quoy ne contreuenos en rien
 a nostre vnion, ou causons aulcune diuisio[n] au pays, puis contreuenos en rien
 obtenons a ce, que vous mesmes Messieurs posez, pour seule & unique cause
 de ladiete vnion. Et sy ne introduisons aulcune guerre ciuile, tirans hors des
 entrailles du pays ses plus aigres & odieux ennemys. Qui est ce, que tous de
 buons le plus desirer & souhaiter, & pourquoi auons tous tant souffert & tra
 uaillé, y exposans noz biens & vies. Estant chose bien claire, que quiconca
 que donne empeschement a si fructueuse intention, desire de retenir les Es
 pagnolz au pays, affin de soubz couleur d'eulz continuer la guerre, & au
 detriment & ruyne generalle du pays, faire son cas particulier. Car aul
 trement ce seroit chose bien ridicule, estrange & de raisonnable de recher
 ger avec tant de trauail ce point, & le reiecter quant il est a la main: Et
 ont semblablement tresgrand tort ceulx qui nomment telz traictiez, paix, ou
 reconciliation particulière, puis que tous ces pays y sont compris sans exclu
 sion de personne, pour ioyer du fruit d'icelle, & soubz les fondemens & can
 ges generalles, telles que pacification de Gand, vnion ensuyuie, & edict per
 petuel, que bon entende, estre effectuez par tout en leur forme & teneur, par
 dessus, lesquelz pointz ne pouuons avec aucune raison demander chose qu'y soit.
 Or que de cest accord doibue reüssir vne aultre guerre, (que tous abhorrissons)
 n'en voyans aulcune cause ou apparence tenant vng chacun tant raisonnable,
 qu'obtenant tout ce, qu'il peult pretendre, se soubmettra a raison
 confor

XXIII.

conformement a ses foy, serment & obligation. Que si aulcunes particuliers pour
soubz couleur de Relligion ou autrement continuer les extremes defordres, qu-
ilz ont perpetrez refusent conditions tant iustes & equitables, & ne veulent
venir a autre raison, ou a leur devoir, vous pouez considerer Messieurs, quelle
charite & affection tellens gens ont au bien & repos publique de tous ces pays,
qu'ilz s'opiniastrent plustost de renuerfer tout lestat d'iceux, & les reduyre en en-
tiere ruyne & desolation, que de se deporter ou ceder de leurs opinions & atten-
tatz emprins contre tout Ordre, debuoir, foy, & serment publicque & particu-
lier. Et partant ne debuons nous perdre tous, pour les porter en chose contrai-
re, a nostre vnuion generalle, laquelle entendons ensuyure & effectuer pour le
biens repos & tranquillite de tous ces pays. Et sachant Messieurs, que l'avez
semblablement a coeur, vous prions tresinstement de nous vouloir assister a me-
ner a fin vne sy sainte intention, ce d'embrasser ceste occasion, que la misericor-
de diuine nous enuyee par les offres de sa Maiesté. Et au sur plus oster l'opinion,
que a grand tort bon vous a imprimée, que vouldrions faire chose contre l'obliga-
tion, que cognoissons auoir a la generalité du pays, & de laquelle nous nous ac-
quictons fidellement, luy procurans le bien & repos, a quoy a tousiours tendu.
Qui sera tendroict.

Messieurs on prierons le Createur, vous donner heureuses & longes vyes.
Nous recommandans humblement a voz bonnes graces. Du lieu Abbatial sainct
Vaast d'Arras, le 9. d'Apuril 1579.

De voz Seigneuries

Humbles & affectionez en service,

Les Estatz du pays & Conté d'Ara-
tois : Et deutez des Estatz de Hay-
negou, Lille, Douay, & Orchiers.

Par Ordonnance.

Marchant ff: 1579.

La superscription estoit,

A Messeigneur,
Messieurs les Deutez des Estatz, assemblez
en Anuers.

ARTICV.

XXIII.

Num. XVII.

ARTICULI ET CONDITIONES, QVAS ORDINES
generales Prouinciarum Belgij, siue Germaniae Inferioris requisiti ab Il-
lustriſsimis & Reuerendissimis Sacri Romani Imperij Electoribus & Principi-
bus, alijsque Sac. Cæf. Maieſt. Commissarijs, eorum Celsitudinibus & Dignitatibus
per ſuos Legatos proposuerunt, ad ineundam pacem cum Serenif. Rege Hispa-
niarum catholicò Princepe, & Domino ſuo naturali. Quos ex Gallico idio-
mate his adiuncto in lingua Latinam transferri curarunt,
ea lege, ut velint Gallicum pro autogra-
pho haberi.

I.

ordinis
S. Archali



Oncedetur vtrinque perpetua obliuio, siue ^{q̄d} omnia eorum, quæ facta sunt à tempore
primorum motuum, & cauillorum, quoconq;
modo aut loco, tam generaliter, quam particula-
riter: ita, ut eorum nulla fiat amplius mentio,
exprobratio, aut inquisitio, quasi ea nunquam
accidiffent.

II.

Rex Catholicus habebit gratum & ratum, quicquid factum, con-
tractum, constitutum, decretum, conclusum, definitum, prouisum,
collatum, aut quoquomodo actum est per Serenif. Dominum Ar-
chiducem Austriae Matthiam, consilium Status, Ordinesque genera-
les, & particulares, tam id quod concernit negotium bellicum, quam
politicum.

III.

Rex promittet rata habere, & tenore praesentium rata habebit,
non modò omnia priuilegia, iuræ, viſus, antiquasque consuetudines
cuiuscunque Prouincia, ciuitatis, & territorij, verum etiam confen-
tiet, ac concedet, quod omnes prouinciae generaliter, & qualibet ea-
rum singulatim poterunt frui, & fruentur priuilegio Brabantiae, vi-
delicet, ut liberati sint à suis iuramentis & fidelitate, eo caſu, quo prin-
ceps non obſeruat omnia antedicta priuilegia, viſus & consuetudines.
Secundum quod priuilegium, si contingat eadem priuilegia, coſtum-
tudines, aut articulos hac in pace conclusos infringi, dictæ prouinciae
erunt generaliter liberatae à ſuo iureiurando, poteruntque eligere ta-
lem Gubernatorem, vel Principem, qualis ipsis videbitur, tam vt o-
mnes Prouinciae, quoad iſtud, ſint æqualiter priuilegiatae, quam etiā;
quia secundum ius & rationem (quum iuriſraudum et obligatio-
ne vel constitutione id liberum sit.

IV.

Omnis milites Hispani, Itali, Burgundiones, Germani, Franci,
Angli;

XV.

Angli, Scoti, omnesque alij extranei indiferenter vtriusque partis eā gredientur exditionibus Belgicis intraterminum sex hebdomadum. Interea tamen Princeps Parmen. deseret illico oppida & loca, quæ occupat, vel detinet post inuasum Namurcum: qualia sunt Arx & Civitas Namurcensis, Carolomontium, Bouina, Philippo villa, Louanium, Zeeuvva, Diestum, & alia, eaq; reddet Ordinib; vna cum tormentis bellicis, munitionibus, & commeatu: Et eorundem extrae neorum loco collocabuntur in Oppidis & Arcibus, vbi expedire videbitur, milites naturales Belgij, qui steterunt à partibus Ordinum, idque consensu & approbatione Ordinum generalium, ac notanter eius Prouinciae, vbi collocabuntur. Qui quidem milites præter fidelitatem, quam iurabunt Regi catholico, vt prouinciarum Principi, & legitimo Domino, iurabunt etiam fidelitatem patriæ, Ordinibusque generalibus & particularibus prouinciarum, quæ ingrediētur, ac notanter obseruare Articulos in hac pace conclusos.

V.

Omnes captiui vtriusque partis liberabuntur sine aliquo pretio redemptionis, si modo ante huius pacis communicationem non fuerint aliter obstricti. Ita tamen, vt teneantur respectiuè expensas solvere: si qui etiam antea promiserunt redemptionis premium soluere, tenebuntur etiam satisfacere suæ promissioni.

VI.

Et quia Comes Buranus extra Oppidum & Academiam Louaniensem sine causa extractus est, vetusque ex Belgio cōtra priuilegia tum dictæ Academiæ, tum Ducatus Brabantiae, idem Comes statim restituetur in libertatem, & remittetur in Oppidum Antwerpense intraterminum duorum mensium.

VII.

Quilibet vtriusque partis restituetur, & regredietur in sua bona immobilia, nō obstante quacunq; alienatione facta à tempore pacificationis Gandauenfis, atque etiam in bona mobilia non distracta, aut alienata.

VIII.

Fiet etiam restitutio bonorū in Burgundia, Luxemburgo, Hollandia, Zelandia, alijsque locis, vbi pacificatio Gandauenf. non fuerit adimplēta, tam Ecclesiasticis, Principi Aurangiæ, quam omnibus alijs, iuxta dictam pacificationem.

IX.

Omnes naturales Belgij vtriusque partis poterunt liberè in Belgium reuerti, ibique habitare: ea lege, vt prætent iuramentum fidelitatis tam Regi, quam patriæ ac Ordinibus generalibus, & particularibus, atque adeo se se obseruaturos omnes Articulos huius pacis.

X.

Pacificatio Gandauenfis manutenebitur & obseruabitur.

D

Item

XXVI

XI.

Religio

Item in ijs prouincijs, Ciuitatibus, & locis, vbi Religio, qua^r dicitur reformata, Confessio Augustana, vel pax Religionis (dicta Religionis fridt) recepta est, omnia permanebunt in suo statu, ita ut à neutra parte contrarii possit. Quia in re nulla debet fieri difficultas, quia alter possibile non est inuenire media alicuius bonæ & securæ pacis tranquillitatis & quietis publicæ. Et si quis in posterum vellet alium ordinem instituere, hoc nihil aliud esset, quam motus inchoare, & nouas calamitates, ac ruinas reducere, abigendo innumeros homines, qui secum transportant vniuersam negociationem, & opificia, ac per consequens, omnem successum Belgij: vti superioribus annis visum est. Adde, quod inhabitatores Belgij non sunt dispositi, vt simant se fugari extra suam patriam, atque ita redigi ad extremam inopiam: in quam necessario incident, quum priuantur ordinaria sua mercatura, opificijs, vel alijs muneribus, officijs, aut vacationibus, quorum me- dio sese cum vxoribus & liberis sustentant.

XII.

Gubernatio generalis Belgij manebit penes Sere. Dominum Archiducem Austriæ Matthiam, ijs conditionibus, quas iuravit: Quem si contingat mori, vel si forte sese vellet alio conferre, Regia Maiestas non poterit committere alium Gubernatorem, nisi gratum Ordinibus ex suis liberis, aut sanguine legitimo: qui tenebuntur iurare eodem Articulos & Conditiones, super quibus receptus fuit dictus dominus Archidux.

XIII.

Nulli in posterum admittentur ad gubernacula Prouinciarum, Ciuitatum, castrorum, & fortalitiorum, Capitaneatus, aut praefecturas militum, neque ad cōfilia Status, Secretum, aut Finantiarum, aut alia officia magni momenti, nisi naturalcs Belgij, & bene idonei, qui steterunt à partibus Ordinum, vt supra, ac grati erunt prouinciis, ac Ciuitatibus, ad quas mittentur. Qui primum, & antequam admittentur, tenebuntur solemniter iurare hanc pacem, & particulariter eisdem manu tenere, & obseruare priuilegia, consuetudines, Iura & vsus generales, & particulares Belgii, ac iureiurando promittere, si recessant aliquid tractari in eius præiudicium, quod ea de re certiores facient ordines generales & particulares Prouinciarum, sub pœna, quod habendi sint pro periuris.

XIV.

Quia vero Belgium incidit in has calamatas, et miseras ortas ex bello, quod natum est in fractione quondam Domini Ioannis Austriae, quodque etiam ordines coacti fuerunt exponere magnas summas pecuniarum Colonellis, Capitaneis, et militibus, quorum solutio priuatim ad Regem pertinebat, sub ea spe, quod in futurum Belgium in tranquillitate cōseruaretur, sua Maiestas Catholica Ordinis

XXVII.

bus restituet eam summam, quam militibus soluerunt, ad minus vñque ad decies centena millia Coronatorum, eosque exonerabit à rebus, quibus obligationibus, quas dictis militibus dederunt, quia conditio-nes, sub quibus eæ promissæ sunt, non sint adimpletæ.

XV.

Et quia Ordines sunt obligati Sereniss. Reginæ Angliæ, propter sinceram amicitiam, vicinitatem, & auxilium, quod illis præsttit, ad utilitatem publicam, ipsa comprehendetur reciprocè in hoc tractatu, in confirmationem antiquorum foederum perpetuò conseruato-rum inter Principes tam eius Regni, quam Belgij.

XVI.

Similiter comprehendetur in eodem hoc tractatu Illustriss. Dux Andegauensis, Regis Christianissimi frater, tanquam defensor libertatis Belgij, cum recognitione, quæ Ordines ipsi promiserunt proponere, & concludere, quoniam tam liberaliter atque heroicè o-peram nauauit eorum defensioni, ac conseruationi. Vt etiam comprehendentur omnes alij confœderati dictorum Ordinum.

XVII.

Supplicabitur suæ Sanctitati, Cæs. Maiest. Regi Christianissimo, Reginæ Angliæ, Duci Andegauensi defensori libertatis Belgicæ, omnibus Principibus Electoribus Germaniæ, Duci Iuliacen, tanquam studiosis utilitatis & tranquillitatis Reipub. Christianæ, vt ijs placeat efficere, ut hic tractatus in omnibus suis partibus compleatur, & in-violabiliter obseruetur.

XVIII.

Hic tractatus reciprocè iure iurando solemniter super sancta Eu-
gelia præstito confirmabitur, & à Rege approbatum, intra terminū
duorum mensium, aut citius, si fieri potest. Actum Coloniæ xvij.
Maij, Anno 1579.

ARTICLES ET CONDITIONS, QVE LES ESS-
TATZ GENERAUX DES PAYS BAS, REQUIS PAR MESSIEURS LES PRINCES ELECTEURS DU
SAINT EMPIRE, & AUTRES COMMISSAIRES DE L'IMPERIALE MAIESTE, LEUR ONT
PROPOSE, POUR ARRESTER & MOYENNER VNE BONNE & PARDURABLE PAIX
ENTRE LA MAIESTE DU ROY CATHOLIQUE, NOTRE PRINCE
& SEIGNEUR NATUREL.

I.

Ve sera accordée vne oubliaice perpetuelle de deux costez,
de tout ce, que peult auoir esté fait, depuis les premières
alterations, & a cause d'icelles, en quelque maniere ou lieu
que ce soit, tant en general, qu'en particulier, sans en faire
aucune mention, reproches ny recherges, comme de cho-
ses non aduenez.

XXVIII.

II.

Que sa Majesté ratifiera & aura pour agreable tout ce, qui a esté fait, contracté, ordonné, décreté, conclu, arrêté, pourvu, conferé, & autrement besoigné par Monseigneur l'Archiduc Matthias, & Conseil d'Estat, par les Estats généraux & particuliers, tant concernant le fait de la guerre, que la police.

III.

Item promettra sa Majesté de ratifier, & ratifiera par cestes, non seulement tout les priuileges, droictz, vsances, & coutumes, anciennes, de chacune des prouvinces, villes, & pays: Mais aussi consentira & octroyer a que toutes les prouvinces en general & chacune d'icelles, en particulier pourront ioyr & ioyront du priuilege de Brabant, d'estre deschargez de leur serment & fidelité, en cas que le prince n'entretient tous lesdicts priuileges, vsances & coutumes. Que en conformité d'icelluy priuilege en cas d'infraction desdicts droictz, priuileges, & coutumes, ou des articles concluz en ceste paix. Ilz seront generallement aussi deschargez de leur serment, & pourront choisir vng Ruard ou Prince tel, que bon leur semblera, tant a fin, que toutes les prouvinces soyent quant a cela egalement priuilegiées, que aussi pource que selon droict & raison (pour estre le serment & obligation du prince & subiects reciproque) les prouince sans autre privilege ou ordonnance le peuvent faire.

IV.

Que tous gens de guerre, Espagnolz, Italiens, Bourgoingnons, Alemans, Francois, Anglois, Escossois, & tous aultres estrangiers indifferament d'une part & d'autre sortiront de ces pays, dedans le terme de six sepmaines. Et que neantmoings le Prince de Parme quictora promptement les Villes luy occupées ou detinuez depuis la surprise de Namur, comme le Chasteau & Ville de Namur, Charlemont, Bouines, Philippeville, Louain, Leeuwve, Diest, & aultres, les rendant aux Estats avec artilleries, munitions & viures. Est au lieu d'icelz estrangers seront remis es Villes & forteresses, ou il semblera conuenir, naturelz de ces pays, ayans suuy le party des Estats, par adueu & aggreation des Estats généraulx, & signamment de la prouince où on les mettra.

Lesquelz oultre la fidelité au Roy Catholicque, comme Prince & Seigneur legitime des prouvinces, iureront aussi la fidelité a la patrie, & Estats généraulx & particuliers des prouvinces où ilz entreront, et notamment d'entretenir les pointes en ceste pacification concluz & arretez.

V.

Que tous prisonniers tant d'une part que d'autre, seront relaxez sans aucun rançon, lesquelz auant la communication de ceste paix ne seront aultrement obligez. Bien entendu, qu'ilz seront tenuz de payr respectiuement les despens, & ceux qui au paravant auront promis de payr rançon, seront aussi tenuz de satisfaire a leur promesse.

VI.

Et comme le Conte de Buren a esté tiré sans cause de la Ville & Université de

XXIX.

té de Louain, & mené hors du pays contre les priuileges tant de la dite Vniuersité, que du pays de Brabant, ledict Conte sera promptement en sa plainiere libérée, & renouyé en ces pays, en la Ville d'Anuers, dedans le terme de deux mois.

VII.

Que vng chacun de part & d'autre sera remis & r'entrera en ses biens immeubles, non obstant quelque alienation faicte depuis la pacification de Gand, et biens meubles non distraictz ny alienez.

VIII.

Et se fera aussi restitution des biens tant en Bourgoigne, Luxembourg, Hollande, Zeelande, que aultres lieux, ou la pacification de Gand n'aura esté accomplie, tant a bendoict des Ecclesiastiques, que de Monsieur le Prince d'Oranges, & tous aultres, le tout en conformité de la dite Pacification.

IX.

Aussy pourront tous naturelz du pays de part & d'autre librement retourner, demeurer en iceulx pays, moyennement qu'ilz facent serment de fidelité, tant au Roy, que a la patrie, & Estats generaux & particuliers, & mesmes d'entretenir tous les poinctz & articles de ceste pacification.

X.

Que la Pacification de Gand sera maintenue & obseruer.

XI.

Item es Prouinces, Villes & lieux ou la Religion, dicté reformé la Confession d'Auspourg, ou la Religions vreede a esté receu, tout demeura en estat et conformité d'icelles, sans y contrenenir de part ou d'autre. Declairant qu'en cela ne doibt estre fait aucune difficulté, pour ce qu'il n'est aultrement possible de trouuer les moyens d'une bonne & assurée paix, tranquillité & repos publicque. Et que quant on y vouldroit a l'aduenir mettre quelque aultre remedie, que cela ne seroit que de recommencer les troubles, & de r'entrer en nouvelles calamitez & ruynes, en dechassent vne infinité de gans, qui quant & quant transportent avec ceulx toute la trafficque & mainfaicture. Et en consequence toute la prospérité du pays, comme on a veu par le passé, & que aussy les inhabitans du pays ne sont disposerz, ne se laisser en chasser hors de leur patrie, & par la se laisser reduire a une extreme pouureté, en laquelle ilz tombent necessairement, qu'audictz sont priuez de leur train ordinaire, de marchandise, mainfaicture, & aultres estatz, offices ou vacations par les moyens, desquelz ilz s'entretiennent avecq leurs femmes & enfans.

XII.

Que le Gouvernement general desdicts pays demeurera es mains de Mons. l'Archiduc Matthias, soubz les conditions par luy iures. Et aduenant son trespas, ou quil se voulüst retirer ailleurs. Que sa Maiesté ne pourra commettre

D 3 autre

X X X.

aultre Gouverneur si non agreable aux Estatz, de ses enfans, ou son sang legitime, lesquels seront tenuz de iurer les mesmes articles & conditions, sur lesquels a este receu mon Seigneur l' Archiduc.

X III.

Que nulz ne seront, d'oresenuant admis pour estre Gouverneur des Pronvinces, villes, chasteaux & fortresses, pour estre Capitaines ou Chiefz de gitez de guerre, ny pareillement aux consaulx d'Estat priue & finances, ou autres offices d'importance, fors que naturelz, & bien qualifiez du pays, ayat suuy le party des Estatz comme dessus & agreables aux prouvinces & villes, ou ilz seront enuoyez. Qui prealablement & auant leur reception seront tenuz de iurer formellement ceste paix, & particulierement aussi de maintenir & ensuyure les priuileges, costumes, droictz, & v'stance generaulx & particuliers du pays, & promettray par serment, au cas quilz apperceussent se traicter quelque chose au preiudice dicelluy d'en faire aduertance aux Estats generaulx & particuliers des pruvinces, a peine d'estre tenuz pour pariures.

X IIII.

Et comme le pays est tombé en ces calamitez & miseres prouenez de la guerre, causee par l'infraction de feu le Seigneur Don Iehan, & que mesmes aussi les Estats ont esté contrainctz de de boursier grandes sommes de denieres aux Coronelz. Capitaines & soldatz que estoient a la priue charge de sa Majesté, soubz assurance, que le pays auroit esté a l'aduenir tenu en tranquillité & paix, que sa Majesté remboursera les Estats des sommes par eulx payees auxdits gens de guerre, du moins insques a la somme d'ung million d'Escus, les dechargeant aussi de la rest des obligations donnees auxdits gens de guerre, pour ce que les conditions, soubz lesquelles ont esté promises, n'ont esté ensuyuiez ny accomplies.

X V.

Et pour auttant que les Estats se treuuent obligez a la Serenissime Royne d'Angleterre, pour la bonne amitié, voisinance, & assistance, Dont elle a vjée en leur endroict pour le bien du pays, sera coprinse en ce traictie d'une part & d'autre, en corroboration des anciennes alliances conseruees touſieurs entre les Printes, tant dicelle Couronne, que des pays bas.

X VI.

Pareillement sera compris audict traictie Monſeigneur le Duc d'Aniou, frere du Roy treschristien, comme defenseur de la liberte des pays bas, avec la recognoissance de ſon Alteze, telle que lesditz Estatz lui ont promis de proposer & reſouldra quitant liberallement & valeureusement ſ'emploie à la defense & conſeruation d'iceulx. Comme auſſi ſeront compris tous autres alliez & confederez desditz Estatz.

X VII.

Lon

XXXI.

L'on supplier a sa Sainteté & Maisté Imperialle, le Roy, trespcrestien Roy
ne d'Angleterre, Monseigneur le Duc d'Aniou, defenseur de la liberté du pays
bas, tous Electeurs Princes d'Allemaigne, & le Duc de Cleues, comme Zelateurs
du bien & repos de la République Chrestienne, qu'il leur plaise maintenir, que ce
traictie & appoinctement soit en tous ses pointz effectuée & accomply, & in-
violablement obseruée.

Et sera ce present traictie & appoinctement confirmé par serment
reciproque solennel, & sur les saintes Euangiles, Et par sa Maisté aggréé &
aprouuée, en dedans le terme de deux mois, ou plus tost, si faire se peult. Faict à
Coulouigne le 17. de May, 1579.

Num. XIX.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GE-
neroſi, Nobiles, S. Cæſ. Maist. Commissary.


VAE Cels. & Dign. vest. placuit hesterno die con-
tra articulos ab Illustris. Duce Arschotano, & no-
bis Ordinum legatis exhibitos, quasi paulo essent
duriores, atque etiam contrarij prioribus pactis,
& conuentis, obijcere & declarare cum amica, be-
nignissima, & beneuola petitione & exhortatio-
ne, vt media moderationia, & quæ illis pactis pro-
piora essent, proponeremus, quo etiam, quantum intelligere potui-
mus, instructio, quæ à S. Cæſ. Maist. Cels. & Dign. vestris data est, sese
dirigit: Ad ea, quæ latius per dominum Cancellarium deducta & ex-
plicata fuerunt, hæc nostra responsio est.

Articuli, quos mediorū loco exhibuimus, sunt ij, qui Illustr. Du-
ci, & nobis petendi, & agendi à Sereniss. Archiduce Austriæ, Guber-
natore, & Capitaneo generali, & Ordinibus mandati & traditi sunt.

Nec ipsis villo modo videre possumus, eosdē illos Articulos tantā
duritiam in se continere, quæ in iustum reprehensionem venire pos-
sit, nec etiam vllus articulus est, si rectè cōsideretur, qui prioribus pa-
cificationibus contrarius sit: Sed agnoscimus quædam addita, tum
propter præsentes necessitates, tum maioris declarationis gratia: quæ
omitti potuissent, si Dominus Ioannes Austriacus fidem, quam Or-
dinibus dederat, in istis non fefelleret, nec etiam Baro de Sellis, Re-
gius. Legatus postea declarasset, voluntatem Regis non esse, vt ea, quæ
ibi pacta & conuenta essent, obſeruantur: Nihil tamen additum
putamus, quod à Regia pietate hoc statu rerum non possit, aut de-
beat impetrari, aut quod non ex priuilegijs & iuribus nostris deberi
nobis, clarissimè docere possumus.

Quamobrē optassemus, Cels. & Dig. vest. placuisset duritias istas
& cōtrarietates in specie nobis indicare. Non enim oēs Articulos pro-
talibus haberexistimamus, nō solū solicitudini vestre, quoad duritias
& con-

XXXII.

& contrarietates istas, fortassis satisfacissimus. Sed & melius, & ad rem proprius etiam minime respondere potuissemus. Similiter etiam optassemus nomine Regiorum legatorum nobis declarari, quæ media ipsi proposuerint, an gratæ illis sint priores pacificationes: quod si gratæ illis sunt, frustra sibi & nobis tantas miserias & calamitates ab eo tempore induxerunt.

Nihilominus, ut cognoscant Cels. & Dig. V. nos nihil, quam quod piuum & iustū est, proponere, nec desiderare, primo, circa quæ dissidium, vel potius aberratio inter serenissimum Regem Principem & dominum nostrum naturalem, & Ordines versetur, indicabimus: deinde, in quibus iam ante conuenimus, & quid adhuc definiendum restet, ostendemus. Ita poterunt Cels. & Dign. V. non solum æquitatem articulorum, sed & statum totius negotij facilius intelligere.

Duo sunt præcipue, circa quæ est aberratio. Vnum circa religionem, alterum circa authoritatem. Quæ præterea vel olim, vel nunc sunt in controvèrsia, aut ad restitutions & emendationes ablaturum, & iniuriarum, aut ad securitates vtrinque præstandas pertinent, quæ causam & originem habent ex bello, quod tanto tempore gestum est: primis ergo capitibus transactis & compositis, speramus facillime & ista transfigi & componi posse.

Articulus de Religione præ cæteris grauissimus est: ex ea ratione, quod religio non ad homines, sed ad Deum spe&t;et, & non hominibus, sed Deo præstari debeat: cui non minus Rex, quam populus subiectus est: sed & vtrisque tum Regi, tum Populo ex æquo obseruatio eius præcepta est, & ex æquo etiā ambo vel vitam, vel mortem æternam sperant, & metuunt, si aut benè aut male in Religione versati fuerint. Itaque ambo etiam & Rex, & Populus (cum populum dicitur, simul etiam vnumquemque singulatim intelligimus) Deo iuxta suam conscientiam seruire postulat.

Istius consideratione, & quod etiam experimento nimis verum esse didicerunt, parum vim & arma ad propagationem, & conservatiōnem religionis conferre: De in, prout nolunt suis conscientijs vim vllam adhiberi, ita legi Dei non conuenire, vt ipsi aliorum conscientijs vim adhibeant.

Illorum ergo consideratione, primum in pacificatione Gauduen. consensu Consilij Regij, deinde etiam in pacificatione Bruxellensi, quæ à Rege comprobata est, omnia edita, quæ contra assertos hæreticos lata fuerant, suspensa sunt, & in effectu abrogata.

Quo facto omnino confidimus Seren. Regem faltem tacite ostendere voluisse, se non statuisse vllum posthac ad religionem suam cogere, sed vnicuique permittere, vt domi suæ in quounque loco habitet, sine vlla persecutione, & offenditione libere pro sua conscientia Deo seruire possit. Hoc ergo vnum est, quod concessum, et convenientum esse putamus, et concordat cum lenitate, et voluntate Christi,

XXXIII.

Si, cum vsu primitiæ Ecclesiæ, & cum doctrina Patrum.
Quod verò definitum non est, ad publicum exercitium religio-
nis pertinet: est tamē in eo quoque in dictis pacificationibus conueni-
tum, quod Sereniss. Rex noster Ordinum arbitrio hanc rem com-
miserit.

Circa istud primum attendi cupimus, nos indies videre & expē-
tiri, quo maior vis Religionis nomine hominibus inferatur, eo statū
Cathol. Rom. Ecclesiæ deteriorem fieri: imo manifestè deprehendi-
mus, cum Regis consilium & propositum non sit aliud, quam Cath.
Romanam Ecclesiam, eiusque cultores conseruare, tueri, ac defende-
re: eius tamen Vicarios, & exercitum semper perdendis, & destruen-
dis ijs occasionem præbuisse, & adhuc occasionses præbere hodie.

Ordines verò sibi mutuo condolentes, cum Regi hactenus non
libuerit, in tanta membrorum suorum diuulsione, & infirmitate per
præsentiam suam ijs opitulari, & succurrere, nec ipsis amplius aditus
ad Regem, nisi cum vitæ discrimine pateat, vt veritatem status cor-
poris lui cognoscere possit, conati sunt, se ipsos varijs remedij re-
creare. Sed cū caput ipsis aduersum sit, & cōtrarijs remedij, quam
membris conueniat, vtatur, quos Rex potissimum conseruatos vo-
luit, eorum cōditionem & facultates de die in diem in peius vergere,
& dilabi animaduertimus.

Quomodo cunque istud accidat, hoc certum est, euenta omnia o-
stendere, & demonstrare media, quibus Rex cōtrahit nos vtitur ad eum
finem, cui Maiestas eius ista destinavit, non seruire, sed prorsus con-
traria operari. Ergo non eo loco, quo bona, sed quo mala haberi
debet.

Magnum mysterium est Religio Christiana, ad quam promo-
tiendam & conseruandam, Deus non impio milite, non arcubus, &
gladio, sed spiritu suo, & pastoribus à se missis vtitur.

Sed ne longius à proposito nostro digrediamur, ex his causis,
quas modò breuiter attigimus, Sereniss. Regem, Dominum, ac Prin-
cipem nostrum naturalem demississimis animis rogatum volumus,
vt placeat Maiestati ipsius semel à medijs, quibus nutricitur, cle-
mentissime desistere. Quamdiu in his angustijs & miserijs constituti
sumus, nec Ordinibus, nec subditis vlla requies suppetit, vt super
iis, quæ ad pietatem, quo ad Deum, & Maiestatem eius, pertinent, ita,
vt oportet, intenti esse possint. Sed omnes in eo laborant, quo se ad-
uersus iniurias Hispanorum defendant, & tueantur.

Neutros tamē pertinaciter in opinione sua perseverare velle,
existimandum est, nec Regis voluntati, quod ad Religionem voram,
vlo modo resistere, si postea quieti restituti repererint, se in aliquo ar-
ticulo aberrare: Quis enim est, qui sciens se ipsum æternis cruciati-
bus dedicare velit? Quapropter obnixissimè Ordines rogant, quod
ad publicum exercitum alterius Religionis, quam quæ Cath. Rom.

E est,

XXXIV.

est attinet, quod post prædictas pacificationes pluribus in locis, quam ante erat, introductum & institutum est, ut pro necessitate, in qua constituti sumus, & ex causis, quas supra enarrauimus, Rex hæc benevolentiam, & amorem prouincijs nostris clementissime præstare velit, ut placeat Maiest. suæ, eos subditos, qui sunt alterius religionis, in hac parte quoque conscientijs suis relinquere, & religionis publicum exercitium iuxta tenorem articulorum, qui à nobis exhibiti sunt, indulgere.

Hanc vnicam viam vñà cum vera pœnitentia esse putamus, qua Dei iram erga nos auertere poterimus. Quod aliis fortassis mirum videbitur, nobis autem non ita, qui inter calamitates istas didicimus, regimen animarum, & conscientiarum ad solum Deum pertinere, eumque verum religionis læsæ vindicem esse, item vnicum hunc esse modum, quo & Regi Cath. Domino, ac Principi nostro naturali debita sua obedientia restituatur, & nos ipsi inter nos ad mutuam concordiam, & amorem redeamus,

Qui modus propterea etiā magis amplectèdus est, quod iā multe euentis eum ad concordiæ, & pacis constitutionem inter Principem, Magistratum, & Populū vtilem, & salutarē esse, in multis regnis, Prouinciis, & ciuitatibus comprobatum sit. Atque hæc de religione.

Secundum, in quo diximus aberrationem aliquam inter Seren. Regem nostrum, & inter Ordines existere, circa autoritatem Regis versatur, quæ non ex culpa nostra, nec etiam, ut speramus, ex voluntate Regis, sed ex iniuria, & ignorantia Gubernatorum nata est. At maior ex parte definita est hæc quoque controversia per priores pacifications, quibus singulis prouinciis pacta, libertates, iura, & priuilegia sua salua & illæsa à Rege promittuntur,

Vicissim Ordines per easdem pacifications Seren. Regi Cath. Principi, ac Domino suo naturali omnem obedientiam, quam secundum mutua ista pacta, libertates, iura, et priuilegia sua Maiest. eius præstare debent, addicunt, et promittunt.

Nec ab eo tempore quicquam noui in hoc articulo accessit, quæ quod in receptione Ser. Archiducis Austriæ, secundum prædicta acta & iura, potestas Gubernatoris, & reliquorum consiliariorum, & officiialium per certas conditiones, ut posthac mala, in quæ nunc per Gubernatores, & consiliarios incidimus, evitentur, declarata & restringita est.

Hæc conditiones speramus Ser. Regi, sum non ad imminutio- nem authoritatis ipsius, sed ad iniurias, & iniusticias Gubernatorū, & consiliariorū præcauendas. Deinde, ut quod fieri debet, viri sapientes & iusti, in quibus non minus, quam in ipsis legibus falso Reipub. posita est, dignitatibus & officiis præficiantur, in electionibus & ordinationibus eorum additæ et cōstitutæ sint, eas, inquit, speramus Maiest. ipsius non displicituras, sed easdem consensu suo comprobaturam, Hæc

XXXV.

Hec breuiter ita Cels. & Dig. V. ad defensionem articulorū, quos iussu Seren. Archiducis Austrię, & Ordinū exhibuimus, item ad declaracionem eorūdem referre, & aperire volumus. Si quid adhuc amplius in his, vel alijs articulis desideretur, vel tāquam durius offendatur, Illustriss. Dux Arschottanus, & nos amice, & humili me petimus in specie nobis ista proponi, parati sumus, quāvis hora super ijs intellectum, & mentem nostram declarare. Datum Coloniæ xxii. Maii. 1579.

Num. 20.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GENEROSSI, NOBILES, SACRAE CAESAREÆ MAESTATIS
COMMISSARIJ.



Statim Articuli
mitigati & ipsius

Dea quæ heri, & ante, ratione obscuritatum, & difficultatum, quæ se in articulis ab Illustrissimo Duce Arschotano, & nobis Seren. Archiducis Austriæ Gubernatoris, & Legatis Ordinū exhibitis, offerre, & ex iis moueri posse videntur, proposita sunt, ne vulnus impedimentum, aut mora tractationi inceptæ per nos inducatur, & vt amicæ, gratioſiſſimæ, gratioſæ, & benevolæ exhortationi, & petitioni vestræ acquiescamus, conati sumus, priores articulos, quantum à nobis fieri potest, iuxta mandatum, quod accipimus, lenire & mitigate, quibus obscuritates, et difficultates, quæ heri obiectæ sunt, et quæ adhuc obiecti fortè possent, Cels. et Dig. V. magna ex parte remotas, et sublatas esse inuenient. Eos articulos iussim Cels. et Dign. V. exhibemus, cum hac necessaria declaratione, nos nihil amplius, quām quod his articulis continetur, præstare posse, vti nec præsens status rerum nostrarum, et necessitates, in quibus versamur, amplius aliquid ferunt, aut permittunt.

Sequuntur Articuli.

I.

Concedatur utrinque perpetua obliuio, siue amnestia omnium eorum, quæ facta sunt à tempore primorum motuum, et causa illorum, quounque modo aut loco tam generaliter quam particulariter, ita ut eorum nulla fiat amplius mentio, exprobratio, aut inquisitio, quasi ea nunquam accidissent,

II.

Rex Catholicus habeat ratum et gratum quidquid factum, contractum, constitutum, decretum, conclusum, definitum, prouisum, collatum, aut quoquo modo actum est per Ser. Dominum Archiducem Austrię Matthiam, cōsilium Status, atque Ordines, tam id quod concernit negotium bellicum, quam politicum,

E 2

Rex

XXXVI.

III.

Rex etiam promittat rata habere, et tenore præsentium rata ha-
bebit omnia Priuilegia, iura, vsus, antiquasque Consuetudines cuius-
cunque Prouinciaæ Ciuitatis, et communitatis,

III.

Omnis milites Hispani, Itali, Burgundiones, Germani, Franci,
Angli, Scotti, omnesque alii extranei indifferenter vtriusque partis
egrediantur ex ditionibus Belgicis intra terminum sex hebdomadū.
Interea tamen Princeps Parmensis deseret illico oppida, et loca, quæ
occupat, vel detinet post inuasum Namurcum, qualia sunt arx et Ci-
uitas Namurcensis, Carolomontium, Bouinæ, Philippo villa, Loua-
nium, Levva, Diestum, et alia. Eaque reddet Ordinibus vna cum tor-
mentis bellicis, munitionibus, et commeatu, et eorundem extraneo-
rum loco collocabūtur in oppidis et arcibus, vbi expedire videbitur,
milites naturales Belgii, idque consensu et approbatione Ordinum
generalium, ac notanter eius Prouinciaæ, vbi collocabuntur,

V.

Postquam autem Hispani, & exteri Belgio exierint, oppidaque,
fortalitia, et loca restituta fuerint, in manus naturalium, sicut dictū
est, ex auctorētūr etiā atq; exeant omnes exteri, qui Ordinibus militat.

VI.

Supradicti quoque milites naturales, ante quam ingrediētur Ci-
uitates, aut loca munita, præter fidelitatem, quam iurabunt Regi Ca-
tholico, ut prouinciarum Principi, et legitimo Domino, iurabunt
etiam fidelitatem patriæ, Ordinibusque generalibus, et particulari-
bus prouinciarum, quas ingredientur, ac notanter obseruare articu-
los in hac pace conclusos,

VII.

Omnis captiui vtriusque partis liberabuntur sine aliquo pretio
redemptionis, si modo ante huius pacis communicationem non fue-
rint aliter obstricti: Ita tamen ut teneantur respectiue expensas sol-
uere. Si qui etiam ante hanc cōmunicationē promiserint redēptionis
premium soluere, tenebuntur etiam satisfacere suæ promissioni.

VIII.

Et quia Comes Buranus extra oppidum & Academiam Loua-
nien. sine causa extractus est, vectusque ex Belgio contra priuilegia tu-
ditæ Academiæ, tum Ducatus Brabantiaæ, idem Comes statim resti-
tuetur in libertatem, & remittetur in oppidum Antuerpiæ intra ter-
minum trium mensium.

IX.

Quilibet vtriusque partis restituetur & regredietur in sua bona
immobilia, non obstante quacunque alienatione facta à tempore pa-
cificationis Gandauen. atque etiam in bona mobilia non distracta,
aut alienata,

Fict

XXXVII.

X.

Fiet etiam restitutio bonorum in Burgudia, Luxemburgo, Holanda, Zelandia, alijsque locis, vbi pacificatio Gandauensis non fucrit adimpta, tam Ecclesiasticis, Principi Aurangiæ, quam omnibus alijs, iuxta dictam pacificationem.

XI.

Omnes naturales Belgij, utriusque partis poterūt liberè in Belgium reuerti, ibique habitare, ea lege, ut præstent iuramentum fideli-tatis, tam Regi, quam Patriæ, ac Ordinibus generalibus, & particula-ribus eius Prouinciæ, in quanis reuertentur, atque adeo se se obserua-turos omnes Articulos huius pacis.

XII.

Pacificatio quoq; Gandauensis, Edictum perpetuum xvij. Febr. 1577. Bruxellæ publicatū, Vnio siue cōfœderatio Ordinū, ac alię se-curitates subsequuntæ, in omnibus alijs punctis & articulis obserua-buntur.

XIII.

Excepto, quod in ijs Prouincijs & locis, vbi Religio, quæ dicitur *K. Aug. 1577* reformata, Confessio Augustana, vel pax religionis, dicta *Religions Fried*, recepta est, omnia permanebunt in suo statu, secundum eandem pacem religionis: neque religionis causa nulla fiat inquisitio. Idq; do-nec per conuentum Ordinum generalium aliter prouisum fuerit, quemadmodum pro maximo bono, & quiete Prouinciarū respectiuè expedire videbitur.

XIV.

Gubernatio generalis Belgij maneat penes Sereniss. Dominum Archiducem Matthiam, ijs conditionibus, quas iurauit. Quem si con-tingat mori, vel si forte sese vellet aliò conferre, Regia Maiestas non poterit committere alium Gubernatorem, nisi gratum Ordinibus ex suis liberis, aut sanguine legitimo: Qui tenebuntur iurare eosdem Articulos ac conditiones, super quibus receptus fuit dictus Domi-nus Archidux.

XV.

Nulli in posterum admittantur ad gubernacula Prouinciarum, Ciuitatum, Castrorum, & fortalitorum, Capitaneatus, aut Præfe-curas militum, neque ad consilia Status secretum, aut finantiarum, aut alia officia magni momenti, nisi naturales Belgij benè idonei, & bona illic habentes, quique steterunt à partibus Ordinum, gratique tam Ordinibus generalibus, quam Prouincijs par-ticularibus, ad quas mittentur, ac alias iuxta priuilegia earum. Qui primum, & antequam admittentur, tenebuntur solenniter iurare, hanc pacem & particulariter etiam manutenere, & ob-seruare priuilegia, consuetudines, iura, & usus generales, & parti-culares Belgij, ac iure iurando promittere, si resciscant aliquid tractari in eius præiudiciū, quod ea de re certiores faciēt Ordines generales, &

XXXVIII.

particulares prouinciarū, sub pena, quod habendi sunt pro periuris.
XVI.

Et quia Ordines sunt obligati Sereniss. Reginæ Angliæ, propter sinceram amicitiam, vicinitatem, & auxilium, quod illis praestitit ad utilitatem publicam, ipsa comprehedetur reciprocè in hoc tractatu, in confirmationem antiquorum fœderum perpetuò cōseruatorum inter Principes tam eius Regni, quam Belgij.

XVII.

Similiter comprehendetur in eodem hoc tractatu illustris. Dux Andegauensis, Regis Christianiss. frater, tanquam defensor libertatis Belgij cum recognitione, quam Ordines ipsi promiserunt propone, & resoluere, quoniam tam liberaliter atque heroicè operam nauavit eorum defensioni ac conseruationi. Ut etiam comprehendentur omnes alij confederati dictorum Ordinum.

XVIII.

Supplicabitur suæ sanctitati, Cæsareæ Maie. Regi Christianiss. Reginæ Angliæ, Duci Andegauensi, defensori libertatis Belgicæ, omnibus Principibus Electorib. Germaniæ, & Duci Iuliacensi, tanquam studiosis utilitatis, & tranquillitatis Reipub. Christianæ, ut ijs placat efficere, ut hic tractatus in omnibus suis partibus compleatur, & inuolabiliter obseruetur.

Hic tractatus reciprocè iurejurando solenni super sancta Euan gelia praestito confirmabitur, & à Rege approbat, intra terminū trium Mensium post conclusam hanc pacem, aut citius si fieri potest. Actum Coloniæ xxv. Maij, Anno 1579.

Num. XXI.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI QVE
Principes, Generosi, Nobilesq; Domini, Sac. Cæs. Maiest.
Commissarij.



VX de Terra noua, & Princeps de Casteluetano, Regius Mandatarius, viro scripto Ordinū Belgij Legatorum, sibi iam pridem ad effectū manifestandæ voluntatis seu determinationis suæ Maiest. Cathol. vestro omniū iuslu comunicato, nihilq; minus pēsi habēs, quā occasione Articulorū, dicto scripto comprehensorū, in disceptationis arenā cum predictis Legatis descendere, seu cōtentailorū per viā obiectus, seu reprehensionis quomodolibet eneruare, ac confutare; quinimo ecōtra omnino nihil sibi potius faciundū censens, quam disputationem, sinuosis ambagibus vitatis, planè ac simpliciter ob oculos ponere immensum amorē, ac verè paternum affectū, quo sua Maiest. tanquam Princeps naturalis suapte indole clementissimus rapitur erga

XXXIX.

erga suos subditos Belgicos. Quos quidē ipsis, sicut vehemēter cum
primis desiderat, suis sub legibus, vsibus, moribusq; ac priuilegijs an-
tiquis, tam circa ea, quæ concernunt sacro sanctā Religionem, ipsam-
que obedientiam sibi debitam, quam etiam iustitiam, aliae politica,
ac deniq; & commerciorum prosperitatē splendori pristino resti-
tutas videre. Ita supradictus Dux nequaquam cunctandū ratus, quin
ex parte suæ Maiest. ac nomine, quo suprà, prorsus voluntariè ac libe-
raliter populo & Ordinibus Belgicis offerat, cōcedat, & largiatur Ar-
ticulos ex ordine sequentes. In quibus complexū arbitratur vniuer-
sum illud, quod à subditis bona mente præditis, ac propriā salutē siti-
entibus, honestē requiri, postulari, vel prætēdi posset: planè sibi per-
suasum habēs, populo, dictisq; Ordinibus curæ futurū, quo videātur
dictos articulos nedum hilariter, verum etiam obedienter à dicta sua
Maiest, tanquam naturali, ac supremo ipsorum Principe suscepisse,
Gallico nihilominus scripto, pro huius præsentis negotij autogra-
pho habendo.

I.

Principio, ne qua ad nutriendā animorū diffidentiā occasio, seu *Act. m. dñs*
fomes quoquomodo superstes relictā videri queat, atq; eatenus ad v. de *trava nona*
niuersum metū, scrupulosq; omnes, tam natos, quam nascituros, ex
animis subditorū planè radicitus euellendos, placet suæ Maiest. quod
generalis vtrinq; obliuio omniū eorum, quæ ab exordio primorum
motuum accidere, instituatur: ita vt eorum mémoria perinde euane-
scens, sepultaque intereat, ac si omnino non accidissent.

II.

Districtè interdicēs omnibus, non solū Procuratoribus, Fiscis, a-
lijsq; Officiatis, verum etiā quibusuis personis, tum publicis, tū pri-
vatis, cuiuscūq; ordinis, cōditionis, ac qualitatis fuerint, ne deinceps
rerum quarumlibet præteriorum occasione vlli negotium facescere
præsumat, siue in iudicio, siue extra iudicium, neve etiam minarū spi-
rantes se mutuo prouocent ad iracundiā; verūm è contra pacem ac
concordiā sibi vnicē, synceriter, & fraternè post hac colendam & ob-
seruandam esse nouerint. Et quidē sub pœna correctionis exempla-
ris, tanquam in perturbatores quietis, ac boni publici distringendi.

III.

Quibus proximum est, quod Rex vasallis, subditisque suis serio
promittat, ac polliceatur, in posterum seruare, manutenere, imo (si o-
pus videbitur) etiā de nouo firmare, omnia & singula iura, vsus, con-
suetudines, immunitates, exemptiones, & priuilegia quarūlibet Pro-
uinciarum, Ciuitatum, Oppidorum, communitatum, aliorumq; pri-
uatorum omniū, tum in genere, tum in specie, prout ijsdē vsl fuere, ac
fruebantur eo tempore, quo sua Maiest. dictis Prouincijs olim solenni-
ter inaugurate, eadē promisit, iurauitq;: Et sicubi forsitan ea ipsa pri-
uilegia interea temporis vllā infractionem, seu violationē passa fue-
rint,

XL.

rint, nihil promptius fuerit, quam ubi tale quid apparuerit, eadē rursus instaurare, ac pristino vigori restituere.

III.

Et quantumuis Rex olim (licet inuitus) motuum tunc temporis exortorum occasione plane coactus fuit, varium militem peregrinum, ad tuendam suam auctoritatem, in Belgum inducere, tamen paternè respiciens ad onera & grauamina subditorum indesultantia, omnino nihil alacrius præstiterit, quam ut, statim à pace promulgata, mandet omnibus ad unum usque militibus extraneis, utpote Hispanis, Italisch, Germanis, Burgundis, Gallis, Anglis, Scotis, ac cæteris omnibus peregrinis, qui propter hocce motus utrinque accersiti comperientur, quatenus citra moram Provincijs Belgicis excedant. Et quod illorum loco in urbes, Arcesque & fortalitia, quæ ab omni memoria præsidium habuere, substituantur milites naturales, cæterū astringēdi iure iurado peculiari, prout infra latius dicetur.

V.

Quod vero attinet ad alios milites nequaquam extraneos, etiam ad pleniorē exonerationē afflictorum subditorum, mandabit S. Maiest. vniuersum militem, tam terrā, quam mari illico post dictam promulgationē exauctorari & dimitti, ut nimirū deinceps sibi priuatum viuant in tranquillitate, ordinarijs tantum præsidijs (ut dictū est) retentis, ac suffecturis.

VI.

Porro, quia pace hac stabilita per discessum extraneorū, tanquam etenius armorū occasione quodammodo sublata omnia sperétur quasi postliminio ad quietem redditura, ut que eo magis fructu pacis omnes gaudeant, nihil tam ex usu publico futurum iudicatur, quam ut plebs citra omnem cunctationē redeat ad opificia, mercatus, & negotia pacis, quibus se uxores, liberosque citra iniuriam proximi honeste sustentare valeat. Et proinde S. Maiest. tum ob causam prædictam, tum etiam ad in posterum euitanda vitia & incommoda, quæ plerunque otium & armorum luxuriam comitaris solent, mandabit ubiuis locorumarmaponi, non minus ruri, quam in oppidis, quibus ea tempore pacis nec foueri, nec tractari consuevere. Idque omnino ad instar, prout olim factitatum tam ante priores, quam posteriores hasce turbas.

VII.

Consequenter, ut tanto nimirū pinguius ac luculentius se orbis terrarum manifestet vere paternus Suæ Maiest. amor & affectus erga suum populum occasione præsentis belli intestini, ac signanter ob varietatem vectigalium, impositionū, subsidiorum, aliarumque exactionū & concessionū veliemēter exorbitantium adeo exhaustū, ut quod aggrauet vix videatur deinceps ferri posse: placebit suę Maiest. quod ad congruam respirationem eorundum subditorum vniuersalē exactiones, impositiones, cæteraque inusitata Vectigalia, & onera præsentium turbarum occasione quomodolibet indicta penitus cesserent,

XLI.

& tollantur. Ita tamen, vt si quæ certorum onerum continuatio ad
huc fore ex vsu publico iudicabitur, simul atq; per Ordines Statuum
eiuscmodi quid demonstratum fuerit, S.Maiestas haud grauatim se
Ordinum consilijs iuxta ac desiderio accommodabit.

VIII.

Præterea restaurabitur libertas commerciorum, & transitus vbi
uis locorum per Vrbes, Pagos, Pontes, Portus earundem Prouincia-
rum, non minus Terra, quam Mari, perque Fluuios & Flumina, pro-
ut factitatum ante præsentes hosce tumultus: Nouis autem Vectiga-
libus & impositionibus, absque S.Maiest. authoritate eatenus per hos
motus de facto institutis incontinenti cessaturis.

IX.

Quoniam verò hoc potissimum nunc agitur, pax vt coeat bona,
firma, ac prorsus stabilis, qui haberi nequit, nisi eadem iusta atq; æqua-
litat, & par vtriusque partis ratio habeatur. Et ob id ne quæ semina vlti-
larum alterationum, aut querelarū inter eiusdem Principis consubdi-
tos relinquatur, sua Maiest. cupiens equali fauore, ac benignitate om-
nes & singulos subditos, à cuiuscunq; partibus hactenus steterint, de-
inceps prosequi, & promiscuè vt bonos, fidelesq; subditos omnes tra-
ctare, vtq; etiam primus Articulus obliuionis generalis mutuarū in-
iuriarum præteritarū (in quo vera basis, ac fundamētum solidæ pacis
cōsistit) plenum effectum sortiatur, eadem declarat, et vult omnes tā
Ecclesiasticas personas, quam seculares recuperare pacificè bona sua,
mobilia, & immobilia, titulos, debita, & actiones, ijsque statim vti, ac
frui posse in eo nimirum statu, ac qualitate, quibus in præsentiarum
illa ipsa reperientur, idque omni dolo ac fraude semotis, non obstan-
te quavis alienatione facta in contrarium, & hoc tum in Burgundia,
Luxemburgo, Hollandia, Zelandiaque, tum etiam in alijs quibuslibet
Prouincijs ac locis, non minus ad vtilitatē Ecclesiasticorum, quam
Principis Auraici, & aliorum denique omnium: non obstante, quod
dictarum Prouinciarum binæ, vtpote Burgundia & Luxemburgum,
notoriè sint exemptæ à dispositione tractatum superiorum.

X.

Similiter ob causas, rationesq; prædictas, & vt, ne quispiā debita
consolatione carens, vlo damno iniuriave affectum se iure conqueri
possit, ipsa ratio dictat, suaq; Maiest. omnino intendit, quod quilibet
subditorū hincinde etiam redintegretur, in suis honoribus, dignitati-
bus, beneficijs, gubernaculis, muniberis, functionibus & officijs pla-
nē ad instar prout olim antedictos tumultus extiterit. Exceptis tantū
ijs, quibus cōtra libertatē, iuraq; ac priuilegia patriæ de vlla functione
prospectū fuisse demōstrabitur. Prouiso tamē, quod eiuscmodi spo-
liati denuò redintegrādi, tenebuntur præstare iusurandū, cuius infra
fit mētio, prout facturi quoq; cæteri ad nouas functiones & officia in

F

postea

X L I I .

posterum cooptandi, reuocando, cassando, & annullando, quicquid hinc inde factum, decretum, pronunciatumve fuerit in contrarium.

X I .

Et quia sua Maiestas in hac rerum facie iudicat ad securitatē subditorum haud vulgariter pertinere, quod omnes deinceps functiones, et officia publica per solos naturales obeantur, etiā studiose prouidebitur, ne quis in posterum admittatur ad vlla gubernacula Provinciarum, Vrbium, Castrorum, et Fortalitiorum, nec vt sit Capitanus, aut Dux militum, nec ad consilia rerū Status priuatum, finacias, aliaque officia maioris momenti, præter naturales patriæ. Quiescias ante receptionem solenniter iurabunt in hos Articulos, eosque promittent fideliter, sincereque seruare, sub pœna periurij, et tantum tales puniendi: In quare sola videtur consistere potissima securitas præsentis Pacificationis adimplendæ, nec id solum, quinimum ipsa vera quies, et tranquillitas publica, vt nec ab Ordinibus Statuum quicquam vltius requiri, aut desiderari posse videatur.

X II .

Insuper captiui vtriusque partis omnes, qui ob dictos tumultus adhucdum detinentur, statim, et absq; vlo pretio relaxabuntur: nisi iam antea aliud conuentum et solenniter stipulatū fuisse constiterit.

X III .

Quod verò attinet ad Comitem Buranum, sicut sua Maiest. plenè constituit de omnibus suis subditis in vniuersum paternè promiseri; ita quoque contentus est, eundem Comitem, licet per tractatus præcedentes specialiter exceptum & reseruatum, nihilominus, quantum fieri fieri poterit, suæ libertati ac patriæ restituere, quinimo & illi gubernationē Holländiæ, Zelandiæ, & Traiectensis prouincię dabit.

X IV .

Decreta verò, iuxta ac dispositiones, & ordinationes per D. Archiducem Matthiā, suosq; collaterales, & Ordines Statuū à tempore vltimarū turbarū, sub auspicijs S. Maiest. emanatae, tametsi notoriè constet, legitimæ facultatis defectu viribus nequaquam subsistere; tamē statuū promouēdæ huius reconciliationis sua Maiest. cōsentit, quod pro legitimis ac validis habeātur, suosq; debitos fortiaetur effectus; quoad beneficia, dignitates, officia, aut alias quaspiā res, quæ solent esse potestatis, ac dispositionis ordinariæ illorū, qui tenēt locum Gubernatoris dictarum Prouinciarum: non autem in ijs, quæ propriæ personæ suæ Maiestatis reseruantur; aut si quæ factæ sint contra iura, priuilegia, & immunitates patriæ, tam in generali, quam in particulari, vel alioqui in ullius iniuriam, seu detrimentum redundarint.

X V .

*carolinus
magistratus
reservatus*
Pariter etiam omnes quarumlibet Vrbium, & aliorum locorum Magistratus, seu officiati, suis functionibus destituti, alia via ac ratione, quā iuris ordine legitimè seruato, aut alias cōtra priuilegia dictarū vrbium,

XLIII.

urbium, aut præter ordinarios consuetosque modos, cum primis re-
stituentur & redintegrabuntur in dignitates, officiaque sua: nec non
ad eorum creationem futuris temporibus procedetur prout olim, &
sicut ex iuribus, moribus, & priuilegijs cuiusque patriæ, vrbis, & loci
debet: ne cui facta toleretur iniuria.

XVI.

Quod verò cōcernit Religionem, quæ omnibus Principibus ve- Religio
catholicæ
rè Christianis iure esse debet cōmendatissima, haud potest S. Maiest. ergo etiam
in Hollandia
vllatenus præterire, quin vestigijs Regū Catholicorum, suorū Maio-
rum inhærendo, percipiatur, ac mandet in Provincijs suis patrimonio-
alibus retineri, seruariq; Religionem Catholicam, Apostolicam, Ro-
manam, & ab omni æuo non solum ibidem receptam, verum etiā sub
qua earundem prouinciarum subditi olim tantopere floruerent, & in
quata dictam suam Maiest. quām cæteros suos prædecessores olim
Prouincijs inauguratoros, & mediante solenni iureiurando in Principes
supremos, ac naturales receptos fuisse notoriè constat. Quæ quidem
supradicta Religio, exclusa quavis alia, liberè, pacificè, & absque ullo
impedimento, vbiuis locorum per vniuersas Ditiones Belgicas post
hac tradetur & exercebitur: prout etiam Ordines Statuum S. Maiest.
non minus post, quām ante turbas præsentes frequentibus literis se
passuros et procuraturos addixerunt: Et sicut etiam iampridem scri-
psere ad S. Maiest. Imperiale, vsque adeo, quod absque graui nota, ut
ne dicatur confusione, vniuersi status politici haud possint in re tan-
ti momenti proprijs scriptis vlla ex parte contravenire.

XVII.

Enimuero tamen, si qui Subditorum, vel Incolarum, occasione
diuerfitatis seu contentionis (proh dolor) suscitatae circa vnitormita- Religio etiam
et Belgio
tem Religionis, vel alia quapiam, tum simili, tum dissimili de causa,
dictis prouincijs quandoq; excedere cupient, S. Maiest. permittet hoc
cuilibet liberum fore integro quadriennio subsecuturo; dummodo
interea temporis à scandalis, ac rerum perturbatione studiose abstine-
ant. Quo casu etiam liberrimè fruētur omnibus suis bonis, tam mo-
bilis, quām immobilibus, iuribus, actionibusque: et poterunt ea
ipsa, qualiacunque fuerint, etiam alio transferre, seu vendere, aut ali-
enare, prout eis videbitur. Imo et hoc amplius (si modò bona sua re-
tinere malint) etiam poterunt absentes ad eorundem bonorum re-
gimen, administrationem et receptionem in prouincijs sibi eligere
Quæstores Catholicos, qualescumque volent; ac præterea toties,
quoties voluerint, ad prouincias iteratò redire, victuri tamen ritibus
ac moribus pristinis, et vt personas Catholicas decet. Eritque huius-
modi redditus, ac facultas bona administrandi per se cuilibet bona
fide permisus, statim atque Pastoribus, Officiatis, ac Magistratibus
locorum, ad quæ redire cupient, talis intentio ac voluntas insinuata
fuerit. Ex qua quidem Regali indulgentia nulli non perquam ma- nife-

X L I I I .

nifestum redditur, quod S. Maiestas nihil minus, quam bonorum con-
fiscationes, ruinam, & perniciem suorum subditorum appetat, mul-
to autem minus, quod rigore superiorum placitorum ipsos perstringere
constituerit, cum vel etiam paratissimus sit, ea ipsa placita ex consilio
Ordinum Status competenter temperare ac moderari.

X V I I I .

Quod spectat ad authoritatem, & obedientiam suæ Maiest. à suis
subditis omni iure diuino & humano, vt Principi naturali legitimo,
& supremo debitam; illa cum primis restituetur & seruabitur, qualis
merito esse debet, qualisque olim seruata est: vt recte nimis admis-
tis retrit iustitia, subditi regantur in omni ratione, æquitate, quiete
& obedientia: idque ad eam formam, modumque, quo factum est ab
omni memoria, tam defuncti Imperatoris Caroli V. eiusque præde-
cessorum, quam etiam suæ Maiest. vsque ad harum turbarum initia:
sine cuius auctoritatis instaurazione, ac subditorum obedientia, nequa-
quam possibile est, populum in vnone, concordia, rectaque iustitia,
quiete, ac tranquillitate manuteneri.

X I X .

Superest de gubernaculis generalibus dictarum Prouinciarum,
quarum occasione S. Ma. eliget Principem de sanguine, qui, queve rerum ex-
perientia pollens habeat dotes & qualitates ad eius generis arduum mu-
nus cum primis necessariis: & de quo, seu qua subditi iustum causam
satisfactionis sint habituri. Gubernabit autem cum omnium iustitia &
æquitate, præsertim verò secundum usum, iura, consuetudines & pri-
uilegia dictarum Prouinciarum, etiam comprehenso hoc præsentis
reconciliationis Edicto, quod pariter tenebuntur promittere, ac iu-
rare.

X X .

Ad cuius quidem Gubernatoris generalis manus, citra ulteriore
hesitationem, plenè ac integrè tradetur omnes, & singulæ ciuitates, vr-
bes, fortalitia, & alia loca, quæ ab una, alterave parte, quocunq; titulo
aut prætextu modo tenentur, una cum patrimonio ad S. Maiest. per-
tinente, tormentisque bellicis, munitionibus, commeatibus, armis &
nauibus, vt nimis de ipsis disponat, sicuti seruitio S. Maiest. simul &
commodis, ac securitati Prouinciarum magis expedire arbitrabitur;
& alias prout fieri decet, factumque fuit ante motus præsentes.

X X I .

Permittente nihilominus sua Maiest. (& quidem merè in huius
reconciliationis gratiâ) vt quod hactenus ex eius patrimonio, seu po-
puli subsidijs, desumptum & collectum fuit, id ita collectum, rece-
ptumque maneat absque ulteriori persecuzione, seu vexatione cuiuspiam
mortalium eatenus inferenda; ita tamen, vt in posterum ab eiufce-
modi detentionibus, occupationibus & collectis desistatur.

Circa

X L V.

XXII.

Circa tractatum Gandensem, & insecurā Vnionem generalem Statuum, ipsumque Edictum perpetuum, omnes & singuli Articuli ad amissim seruabuntur, qui huic præsenti tractati nequaquam re- ~~xceptio~~ pugnare comperientur.

XXIII.

Prouiso tamen, quod illico per Ordines Statuum renunciabitur alijs omnibus fœderibus, pactis, mutuisque sponsonibus contractis occasione dictorum tumultum, tam intra, quam extra prouincias.

XXIV.

Comprehendentur hoc tractatu Regina Angliæ, & Dux Andegauensis.

XXV.

Et quia sua Maiestas omnibus modis optat, hunc ipsum tractatū perpetuo firmum ac stabilem esse; haud dubiè fuerit sibi acceptissimum, quod S. Maiestas tanquam caput vniuersalis Ecclesiæ, & S. Maiestas Cæsarea, tanquam Mediator vnâ cum Principibus ad præsentis pacificationis negotium Delegatis serio requirantur; quò interuenient tanquam sponsores partium hincinde, eo potissimum fine, quod omnia & singula in hoc præsenti tractatu comprehensa, synceriter, bona fide, & absque villa contrauentione ad amissim posthac complebuntur, necnon realiter præstabuntur.

XXVI.

Postremo, vt ne ad summæ firmitatis, ac dictorum omniū, reuerata solidum stabilimentum quicquam defuisse videatur, haud grauabitur S. Maiestas, omnia & singula supradicta non solum confirmare verbo Regio; quinimo & iuramento solenni. Cuius rei literæ suæ patentæ, tam nominis subscriptione, quam Sigilli impressione munierint; nec non in forma Edicti perpetui, & irreuocabilis desuper in utroque idiomate, tum Gallico, tum Flandrico expediendæ, haud dubiè fidem facturæ erunt. Quæ quidem literæ ad eum modum expeditæ consequenter mandato S. Maiest. publicabuntur; & in Actis publicis consiliorum tam supremorum, quam prouincialium, vt moris est, describendæ posteris seruient in monumentum legis petuæ.

XXVII.

Tantundem promittere & iurare tenebuntur Ordines Statuum, aut coniunctim simul aut seorsim singuli in suis prouincijs, pariter & ipsi Magistratus Oppidorum, & Communitatum totius Belgij; nimurum, quod sarta rectaque, ac prorsus inuiolata seruabuntur omnia & singula supradicta, etiam cum solenni reiteratione iuramenti fidelitatis, ac obedientiæ S. Maiestati debitæ.

Quocirca, cùm omnes & singuli supradicti Articuli tantoper abun-

XLVI.

abundent iustitia & æquitate, omnino persuasum est S. Maiest. non solum à vobis Illustriss. Principibus ac Dominis, Cæfareis Delegatis, cæterum ab orbe terrarum ynuerso haud dubiè probandos fore: ac denique etiam Ordines Statuum, ipsosque Subditos, tam in genere, quam in specie nequaquam passuros eiuscemodi præpingues, ac vere Regales tantorum commodorum oblationes sibi ac posteris suis excidere. Potissimum quòd manarint ex pectore non minus candido, quam amore paterno, quo sua Maiest. prosequitur Belgicos suos Subditos; à quibus tum ipsius prædecesores, tum etiam ipse (mirum dictu) quam rara ac verè ingenua obsequia olim perceperint, vt nec dubitet tempora propediem recursura, quibus tantundem sibi ac successoribus deinceps præstandum fore, iure sperare poterit. A. Etum Coloniæ Calendis Iulij, 1579.

Num. XXII.

REVERENDISSIMES, ET ILLVSTRISS. ELE^{cteurs, & Princes de Saint Empire, Generoux & Noble Sieurs les Commissaires de la Maiesté de l'Empereur.}

*Aetatis h. syr.
ni sunt et jactin*



E Duc de Terra noua, Prince de Casteluetrano, Commissaire de la Maiesté du Roy Catholique, ayant veu les Articles presentes par les Députez des Estatz des pays bas, les quelles il a pluist a voz Seigneuries Illustr. luy enuoyer pour sur iceulx declarer la bône volûte de sadict Maiesté. Iceluy Duc sans s'arrester a debatere plusieurs desdicts Articles, (comme voz Seigneuries par leur prudences peuvent cognostre) il pourroit faire: Mais desirant monstrez par effect, la grande amour & affection paternelle, que sa Maiesté, comme Prince tresbening, a touſours porte, & porte a ſes ſubjeſts. Et pour le desir, qu'elle a reuoir tous ſesdicts pays remis en vne bonne paix, vniōn, tranquillite & repos, tant en la Religion, obeiffance deue a icelle ſa Maiesté, qu'en iuſtice, police et commerce, ſoubz les loix, vſances, couſumes & priuileges anciennes d'iceulx pays, en la forme & maniere, quilz eſtouyent en leur plus grande felicité & splendeur. Et ſans differer ny remeſtre plus longuement les choses en demandes ny reſponces, offre plainement, volontairement & liberallement de la part de ſadicte Maiesté, leur accorder & donner les grāces, poindts & articles ſuyuans: Qui eſt tout ce, qu'iceulx ſubjeſtz peuvent iſlement requirer, desirer & demander de ſadicte Maiesté, ne douttant partant, quilz les accepteront & eſtimeroient avec telle démonſtration, de bon gre, & obeiffance, quilz doibuent a ſadicte Maiesté, comme leur Prince naturel, & ſouuerain Seigneur.

I.

Premierement, pour oſter tout occaſion de diffidence, & pour faire cesser toutes doubtres & ſcrupulles, qui pourroient demeurer es opiniōs des ſubjeſtz et leur

XLVII.

leur donner assurance pour les choses passées, sa Majesté accord, qu'il y ait vne oublieance generale, d'une part & d'autre, de toutes lesdits choses passées depuis les premières troubles aduenuz. De sorte que la memoire d'iceulx demeure estincke & assouppie, comme des choses non aduenuez.

II.

Interdisant a tous ses procureurs generaulx, Officiers, & toutes aultres personnes publiques ou priuees de quelque estat, condition ou qualitez quilz soient, d'en faire mention ou poursuytes s'en resentir, iniurier, ny prouocquer l'vn gaultre, de parolles ou de faict, pour les offenses, tortz, mesfaictz, & voyes de faict, a cause d'iceulx troubles, tant en general, que particulier, a peine de punitio, & chastoy exemplaire, comme perturbateurs de la paix & repos publique.

III.

Promet aussi sa Majesté a tous ses vassaulx & subiects de garder maintenir & cōfirmer les droictz, vsancez, constumes, franchises & priuileges des Pays, Villes, Communitez & de tous aultres, tant generallement, que particulierement, comme ilz en ont iouy & ioyssient, lors que sa Majesté les a promis & iuré a son aduenement & reception pour Prince d'iceulx pays, & s'y ayant, que aucunes ayent esté enfrainetz de les faire reparter & restituer incontinent qu'il en apparaera.

III.

Et comme sa Majesté (a son regret) a esté force à l'occasion des troubles passées, faire venir en ces pays bas, plusieurs soldatz & gens de guerre estrangiers, icelle veult & entend pour le soulagement & contentement de sesdits subiects, que incontinent apres l'accord publié, tous soldatz Espagnolz, Italiens, Allemaſs, Bourgoignons, Francois, Anglois, Escoffois, & tous aultres estrangiers, venus de costé & d'autre, a cause desdits troubles es pays bas, ayent à sortir & s'en retirer, Et au lieu d'iceulx feront remis es Villes & forteresses, ou est accoustumé de tout temps y auoir garnison naturelz d'iceulx pays bas, faisans le serment comme ilz apres sera dict.

V.

Et pour le regard des aultres gens de guerre, non estrangiers, sera ordonné par sa Majesté, que incontinent apres ladict publication, toutes troupes & armées, tant par terre, que par mere, se separent & retirent, retournant chacun chez ſuy, pour y viure quietement & en paix, retenant ſeulement les garnisons ordinaires, comme dict eſt.

VI.

Et pour ce que par l'execution de ceste accord, sortye d'iceulx estrangiers, (eftant l'occasion des armes oſteé) toutes choses feront remises a repos, & que le peuple fe doibt promptement applicquer a l'exercice de ſes mestiers, mainfaictures negoziation, traffiqques & labours, pour la nouriture d'iceulx, leurs femmes & enfans, aussi affin d'éviter les desordres et incouueniens procedans de l'oisuité, & debauchement desdits armées. Conviendra qu'au plus tôt les armes foient mises bas, par tous les lieux, champetres, & villes ou elles ne font esté uſitez en temps de paix

XLVIII.

de paix, le tout en la forme & maniere, qu' se faisoit par auant ces premiers & derniers troubles, affin mesmement, que chacu iouyfse du fruit de la pacification.

VII.

Pareillement pour tant plus demonstrer l'affection, soing & amour paterne, que sa Maiesté porte a son peuple, lequel pour la logueur de ceste guerre cui le, & la multitude de toutes manieres d'impositions gabelles, centiesmes, aydes, &aultres exactions, exorbitances, (la plus part desquelles a esté extorqué par force plus que de leur consentement & volonté) & dont le peuple est ainsi appesuré, oppresé, & accablé, qu'il n'en peult plus, sa dite Maiesté est cōtente, que toutes lesdits chargez, aydes, impositions & exactiōs mises soubz a cause de ces troubles, soyent ostenz, pour donner moyen a sesdits subiectz de respirer. Neantmoins s'il y a aulcunes charges, qui soyent encores pour quelque temps necessaires, estre continues, pour soustenir l'Estat, en le remonstrant par les Estatz, sa dite Maiesté sera prestre de s'accorder en cela par aduis d'iceulx Estatz.

VIII.

Le libre commerce & passaige sera remis par tous les quartiers, villes, borgades, pontz & passaiges desdits pays, tant par Meer que par Terre, ensemble par les riuiers & eaues douces, comme ilz estoient par auant ces presentes troubles, & tous nouveaux peages & impositions, mises sous sans bauhorité de sa Maiesté, durant iceulx troubles, seront osterz & leuez.

IX.

Et puis qu'il conuient totalement faire vne paix bonne, ferme & estable, qui ne peult estre qu'en la faisant iuste & equitable, & traictent esgallement l'vn & l'autre party, pour ne laisser aucune semence de rancune, alteration, ou mescontentement entre les consubiectz de mesme Prince, sa Maiesté les veuillans traicter tous bien & esgallement, comme ses bons & loyaux subiectz, sans distinction ou difference, affin mesmes, que le premier point de l'oubliance generalle des iniures mutuelles, & choses passees, sortissa son plain & entier effect, (vray fondement de toute vniōn) Icelle declaire & trouue tresustre, que toutes personnes tant Ecclesiastiques que seculiers, r'entrent & soient remises d'une part & d'autre en leurs biens meubles & immeubles, tiltres, debtes & actiōs paisiblement, pour en ioyr & prouffiter promptement en tel estat, que lesdits biens seront trouuez en nature, sans fraude, ny malengien, non obstant toutes alienations, faicles au contraire. Ce qui aura lieu aussi bien pour les biens estans en Bourgoigne, Luxembourg, Hollande, Zeelande, qu'autres lieux, & tant a l'endroit desdits Ecclesiastiques, que du Prince d'Orange, & tous autres iacoit, que les prouvinces de Bourgoigne & Luxembourg, n'estoient comprises & traitez precedens.

X.

Et pour les mesmes causes & raisons que dessus, & affin que nul ne demeure interessé, ny iniurié, la raison veult, & tentend ainsi sa Maiesté, que vng chacun de costé & d'autre, r'entre en ses honneurs, dignitez, benefices, gouernements, chargez, estatz & offices, en la forme & maniere qu'ilz estoient par auant

XLIX.

Nant lesdits troubles, pourueu toutesfois, que ce ne soit contre la liberté, droictz
Opriuleges du pays, & aussy a charge de faire le serment cy apres mentionné, co-
me tous aultres entrans en charges, Estatz & Offices, Reuocquant, cassant &
annullant, tout ce qui s'est faict, decreté, et prononcé au contraire, tant d'vnq par-
ty que d'autre.

XI.

Et pour autant que le vouloir & intention de sa Maiesté est, que toutes char-
ges, estatz & offices soient deservus par seulz naturelz, nulz ne seront d'icy en a-
vant commis & receuz pour estre Gouuerneurs des Prouvinces, Villes, Chasteaux
Forteresses, ny pour estre Capitaines ou Chiefz de gens de guerre, ny pareillement
aux consaulx d'Estat, priue, finances, ou aultres Offices, d'importance fors les na-
turelz du pays, lesquelles encore auant leur reception feront tenuz iurer solemnel-
lement ces Articles, & promettre de les entretenir fidelement & sincerenement, a
peine d'estre tenuz & chastiez pour pariures.

XII.

Que tous prisonniers de chacun costel, estant encore detenuz pour raison des-
dicts troubles, seront relaxez incontinent, & sans rancon, ne fust qu'il en eussent
paruant conuenu & accordé.

XIII.

Et quant au Conte de Buren, Comme sa Maiesté veult absolument en tout
& par tout bien traicter ses subiectz, est contente, que (non obstant les traictés
precedens ayans reserué lesdits Conte) il soit mis en liberté, & d'avantage lui
donnera le Gouernement de Hollande, Zeelande, & Vtrecht.

XIII.

Quant aux dispositiōs, prouisions, & ordonnāces faictes par Monsieur l'Ar-
chiduc Matthias, & Estatz depuis ces derniers troubles, subz le nom de jadicte
Maiesté: Combien que notoirement elles ne soyent vaillables, a faulte de pouvoir,
neantremoins pour le bien de pays, sa Maiesté consentira, qu'elles tiennent & for-
tissent effect, pourueu que soyent de benefices, estatz, offices, ou aultres choses ac-
coutumees, estre au pouvoir & disposition ordonnaire de ceulz, tenans le lieu du
Gouuerneur desdits pays, & non point de choses reseruees a la propre personne
de sa Maiesté, aussi que ce ne soit esté faict cōtre les termes de droictz & iustice,
ny en preuidice & iniure d'autrui, ny contre les droictz, priuileges & franchises
du pays, tant en general que particulier.

XV.

Pareillement, que tous les gens de loix, Magistrat & Officiers des Villes et
lieux, ayans esté deposez & destituez aultrement que deuement, & contre les
priuileges desdits villes, ou au dehors des voyez ordinaires & accoustumees, se-
ront remises & reintegrez en leurs estatz et offices, et de nouveau procedé a la
creation d'iceulx, comme du passé, et ainsi quil appartient par les droictz, vsances,
et priuileges de chacun pays, villes et lieux, pour ne faire tort, ny iniure a per-
sonne.

XVI.

Et pour le regard de la Religion (laquelle doit estre a tous Princes et Religio-
nes vrayes

L.

vrayes Chrestiennes, tant chier recommandée & sacrofaisté) sa Maiesté entend, (comme aussy est tresuste) qu'en iceulx pays patrimonialx soit maintenue, conservée & gardée la Religion Catholicque, Apostolicque, & Romaine, ayant en lieu de tout temps en iceulx, & soubz laquelle sont été si florissans & heureux, lesdits subiects & sadicte Maiesté, (comme aultres ses predeceſſeurs) receue & iuré pour Prince naturel, & souuerain Seigneur, Ensemble les priuileges, droictz & franchises de chacune Eglise, pays, villes & communaultez, accordées, & confirmees. Laquelle Religion seule sera partant librement & paisiblement preſchée & exercée sans aucun trouble ou empêchement, & nulle aultre. Suyuāt ce, que lesdits Estatzont aussy promis & iuré par plusieurs & reitereeſ fois a ſa Maiesté, tant parauant, que de puis les troubles preſens, par lettres & eſcripts. Comme aussy ilz ont eſcript a ſadicte Maiesté Imperiale, depuis nageſtres, parquoy ſans grande note & conuision ny peuuent aucunement contreuenir.

XVII.

Et toutesfois ſi quelcq' vngs des subiects ou aultres (ſoit a caufe du diſſerence de la Religion, ou aultrement) fe veullent retirer desdits pays bas, Sa Maiesté leur accordera le pouuoir faire en dedans quatre ans prochaines, pour ſeu que cependant ilz ne facent desordre ny scandale, & ionyront libremenſ & franchement de tous leurs biens, meubles, immeubles, & actions, pour les tranſporter, vendre, diſpoſer & aliener, ainsi que bon leur ſemblera, ou bien les pourront faire regir, adminiſtrer, & receuoir par personnes catholicques, telz qu'ilz vouldront deputer: Mesmes toutes & quantes fois, qu'ilz vouldront retourner au pays, pour y viure, comme anciennement ilz ont faict, & que a personnes catholiques appartient, en le venant declarer aux Pasteurs, Officiers, & Magistratz des lieux ou ilz vouldroient retourner, feront receuz a ce faire le tout de bonne foy, & ſans fraude. Par ou chacun peult cognoiſtre, que ſadicte Maiesté ne desire riens moins que la conſiſcation des biens, ruyne & deſtruction de ſes subiects, ny aussy uſer contre iceulx de la rigueur des placarts, ſur l'obſervance & moderation, desquelz ſera preſte de prendre vne bonne & conuenable reſolution, par aduis des Estatz generaulx diceulx pays.

XVIII.

Touchant lauſtorité & obeiffance deue a ſa Maiesté par ſes subiectz de tout droict diuin & humain, comme a Prince naturel, legitime, & souuerain, qu'il eſt. Icelle ſera remife, maintenue & garde, telle qu'il conuient, & a eſtē diſſé, affin que la iuſtice ſoit bien adminiſtrée, les subiects regis, & gouernez, en toute raiſon, equité, repos, & obeiffance, en la forme & maniere qu'a eſtē faict de tout temps, tant de celuy defeu l'Empereur Charles le Quint, & ſes predeceſſeurs, comme de ſa Maiesté, iuſques au commencement de ſesdits troubles. Et ſans laquelle auſtorité & obeiffance eſt imposſible maintenir les subiects en uion, concorde, bonne iuſtice, repos & tranquillité.

XIX.

Quant au Gouuernement general desdits pays bas, ſa Maiesté déclare, que

LI.

que durant son absence, icelle pourueoir a tousiours de Prince ou de Princesse de son sang, ayant les partz & qualitez requises a charge si principale. Et dont en toute raison les subiects s'en deburont contenter, qui Gouverneront en toute iustice & equite, selon les usances, droictz, constumes & privileges desditz pays, & selon ces Articles, lesquelz ilz seront aussy tenuz promettre & interer.

XX.

Es mains duquel Gouverneur general, au nom de sa Majesté les villes, forteresses, & aultres places, que sont tenuz de part & d'autre, a quelque tiltre ou pretexte que ce soit, Ensemble les domaines, artilleries, munitions, viures, armes & batteaux se remettent plainement & entierement pour le service de Sa dite Majesté, bien & seurité du pays, comme il appartient, & qu'il s'est fait par auant cesditz troubles.

XXI.

Consentant sadicte Majesté pour bien de ceste Pacification, que ce, que de fait esté leuè de son Dommaine, aydes, & aultrement par impositions sur ses subiectz jusques a present, demeure receu & leuè, sans en vouloir inquieter ceulx, qui les ont receu. En desistant pour l'aduenir de telle detention, occupation & leuè.

XXII.

Touchant le traicté de Gand, Vnion generalle des Estatz ensuyuie, aussy parfimme^{de gand} l'Edict perpetuel iceulx traictées s'obserueront en tous poinctz, nō contreuenantz ^{le parrage et le roialme} a ce que dessus. Et dont le contraire n'est ici disposé.

XXIII.

Bien entendu, que se renoncera a toutes aultres ligues, alliances & confederations, faites tant dehors que dedans le pays, a cause desditz troubles.

XXIV.

Seront comprins en cestuy traicté la Royne d'Angleterre, & le Duc d'Aniou.

XXV.

Et pouraultant que sadicte Majesté desire, entierement que tous les poinctz ^{royal approbation} icy contenuz, soient perpetuellement & inuiolablement obseruez, sera trescontente, que sa saincteté comme Chief de l'Eglise, & sa Majesté Imperialle comme Mediateur, Ensemble tous les Princes, Commissaires en ceste Pacification soient requis, & interuient pour respondans pour l'une & l'autre partie, que le tout sera fourny, & accompli sincerenement, & de bonne foy, sans y contreuenir.

XXVI.

Et affin que les choses soient tant plus fermes & estables, sa Majesté conuidera en parole de Roy, & par serment solemel le tout, Dont seront expediéz lettres patentes en deulx langues, Francois & Thioise, respectueusement ^{ly roialme} soubz les Nom signature, & Seel de sa Majesté, & ce en forme d'Edict perpetuel

LII.

tuel & irreuocable, qui seront publiees, interinees, & enregistrez par tous les consaulx, tant souverains que prouinciaux, pour memoire & loy perpetuelle.

XXVII.

Comme reciproquement tous les Estatz par ensemble, ou par chacune Province les gens de loix, corps & communaultez des villes des pays bas, promettentront & iureront le contenu de ce que dessus, & de maintenir tout le present Edict, en renouellant & reiterant aussi le serment de fidelite & obeissance, qu'ilz doibuent a saide Maesté.

Et pour estre tous ces pointz & articles si iustes et equitables, icelle sa Majesté tient, que non seulement vous mesdicts Seigneurs les trouuerez bons & equitables, mais aussi tout le monde iugera le mesmes. Et les subgeantz & Estatz desdicts pays bas, tant en general, que en particulier accepteront allaignement & promptement toutes ces bonnes, liberalles, & vrayement Royalles offres, comme procedans de sincere affection, & vray amour paternelle, q' elle porte a leur droit de sesdicts vassaulx & subgeantz, desquelles ses predecezeurs & elle ont este cy deuant sy bien & loyament seruyes. Ne doutant, sera encores a l'aduenir continuans iceulx faire les debuoires & offices de bons vassaulx & fidelz subgeantz, a l'endroit saide Maesté & ses successeurs. Faict a Couloigne, le premier jour de Luing, 1579.

Num. XXIII.

REVERENDISS. ILLVSTRISS. GENEROSI,
Nobiles, Sac. Cæf. Maest. Commissary.



Llustrissimus Dux Arschottanus, & nos reliqui Ordinum Legati Articulos, quos heri nobis Consiliarij vestri ex parte Illustris. Ducis de Terra nostra exhibuerunt, omni diligentia perlegimus, & examinauimus: Sed, vt verum fateamur, vehementer admirati fuimus, post tam bonam spem, non semel nobis de pace datam; item post tam longam dilationem, & deliberationem, quæ spem illam quoque auxerat, inuenisse nos eodem illos articulos adeo diuersos & discrepantes existere ab Ordinum æquabili & necessaria petitione & intentione.

Eam nos planè & sincerè, quantum à nobis fieri potuit, ultimis nostris articulis exposuimus, ita vt nihil habeamus, quod ijs sine novo Mandato addere, vel demere poterimus. Sed magnoperè timemus, si articulos istos in eum modum, quo concepti sunt, ad Ordines transmittamus; futurum, vt magis per eos ad desperationem, & consequenter ad impatientiam, quam ad spem pacis & tranquillitatem inducantur, & commoueantur.

Plurima enim, quæ Pacificatione Gandauensi, multa etiam, quæ Edicto

LIII.

Edicto Bruxellensi continentur, articulis illis Ducis de Terra noua
abolentur, atque irrita fiunt.

Longè etiam minora sunt, minusq; ad pacem ineundam idonea,
quæ ijsdem articulis comprehenduntur, quam erant illa, quæ cùm o-
lim Bredæ à Regijs Commissarijs Principi Auraico, Hollandie atque
Zelandiæ Ordinibus longo iam bello fatigatis offerebantur; ab ijs
tamen, cum totius belli impetum atque molem soli sustinerent, tan-
quam duriora, atque minus æqua recusata fuerunt.

Quamobrem Cels. & Dign. V. amicè, humillimè, humiliiter & of-
ficiose rogatas volumus, vt authoritate vestra Ducem de Terra noua
inducatis, quemadmodum ante nobiscum factum fuit, quò articulos
suos proprius ad petitionem nostram accommodare non grauetur.

Id hisi fiat, non solum omnem spē pacis abiijcimus, sed & id, quod
supra diximus, euenturum apud Ordines timemus. Atqui istud eo
magis, quòd non ita pridem ijdem Ordines negotium nobis, qua fie-
ri posset breuitate, conficiendum literis suis serio iniunxerint, spem
prorogandæ tractationis terminum præcedentes.

Siergo Cels. & Dign. V. (vt certò nobis persuademus) pacis con-
fessio cordi & curæ est; talem mutationem in illis articulis fieri opor-
tet, quæ non nimis dura & aliena ab Ordinum studijs iudicetur.

Ad quam rem Celsitud. & Dign. V. breuem, & modestam anno-
tationem earum difficultatum, quæ in prædictis articulis fese offe-
runt, exhibemus: eatamen lege & conditione, ne tanquam ab Ordin-
ibus mandata, firma & rata habeatur, sed tanquam à pacis studiosis
consilij ergo, sine villo partium præiudicio, prolata & proposita.

Quod ad reliqua, quæ nobis proposita sunt, attinet, imprimis
verò super quo rogati sumus, An vllū Mādatum particulare ab Illu-
striss. Principe Auraico habeamus? respondemus, nullū nos habere,
nec scimus etiā, in quem finē nobis huiusmodi Mandatum seruijset:
posteaquam causam suam cum Ordinum causa communem fecerit.
De mediis etiam ipsius nomine proponendis prorsus ignari sumus,
qui nec iussum ab eo personæ suæ respectu habeamus, nec scimus,
quid ab Excell. ipsius per Cels. & Dign. V. requiratur.

Quantum Mandatum concernit: vbi animaduerterimus nego-
tium ad pacem tendere, daturi operam sumus, ne per illud vllum im-
pedimentum concludendæ & conficiendæ ei obiiciatur.

De prorogatione huius tractatus quæ spes sit, ex literis, quas hic
exhibemus, cognoscetis. Actum Coloniæ 10. Junii, 1579.

LIII.

Nun. XXIII.

ANNOTATIO DIFFICULTATVM, QVAE SE in Articulis ab Illustris Duce de Terra noua propo- sitis offerunt.



Rætermisso pimo, propterea quòd iste articulus cum primo nostro prorsus conueniat, & iam ante approbatus, & conclusus fuerit in Pacificatio- ne Gandauensi, & Edicto perpetuo, articulo pri- mo, quoad secundū, censemus præstare, vt is pro- sus omittatur, cùm sub primo contineatur.

Tertius articulus in effectu à tertio nostro nō discordat, sed additur restrictio in verbis (Prout ijsdem vñ fuere) de qua metuimus, ne eam Ordines suspectam habituri sint, quasi postea Serenls. Rex nobiscum de vñ, vel non vñ priuilegij disputare velit. Quare melius esse putamus, ita hunc articulum poní, prout iam ante in Edicto perpetuo concessus fuit artic. 10.

Quod ad quartum articulum attinet, initium eius alio loco con- siderandum relinquimus: Sed quod sub finem de iure iurando addi- tur, expedire videtur verbis claris illud exprimi, vti cum Domino Io- aâne Austraico Namurci pactum fuit, ea scilicet forma, qua ab Ordini- bus articulo 11. exigitur. Deinde ad hominum animos sedandos, metuque liberandos, omnino necessarium erit, oppida, arces, & mu- nitiones Ordinum fidei permitti, eorumque arbitratu naturalibus, & sibi gratis hominibus, eamq; ad rem idoneis concredi, & tradi. Hoc modo in quinto quoq; articulo omnis difficultas auferetur.

Quod in sexto articulo vrgetur, sua spôte euueniet, ideoq; ne noua hinc luspicio, & metu oriatur, qui studiū retinēdi arma magis quam deponendi excitaret, longe vtilius esse censemus hunc articulū pro- sus omitti.

Septimus articulus nihil gratiæ cōtinet, quæ orbi terrarū mani- festetur, nisi Seren. Rex simul offerat se velle omnia debita, quæ Ordini- nes pro defensione sua cōtraxerunt, exsoluere. Nā quod ad inusitatæ exactiones, & onera attinet, si nulla Reip. necessitas adsit, nec Rex, nec Ordines subditis quicquā eorū imponere possunt. Habēt enim ista per- pacta & priuilegia nostra in singulis Prouincijs suū modū. Quare ro- gamus & hūc articulū omitti, cùm alioquin impossibile etiā sit in tāto ære alieno, quo Ordines obstricti sunt, onera, quæ nō extorta, sed in v- sum publicū cōcessa sunt, remittere. Idem censemus de octavo artic.

Nonus & decimus articuli, ne inuoluatur negotiū multis, & dif- ficultibus altercationibus, putamus præstare, vt quæ in nono continen- tur, ad decreta pacificat. Gand. referantur, sub qua etiā Luxemburgū, & Burgundiam comprehendi intelligimus. Decimus verò ita tempe- retur, ne rescindantur ferè omnia, quæ ab Archiduce, Cōsilio, & Ordi- nibus collata, & decreta sunt, cum multorū iniuria & offendione. Ex qua

LV.

qua parte maior ratio militet, cuius & hic fit metio, dependet ex iusta vel iniusta defensione, quam Ordines hactenus fecerunt, & adhuc hodie necessario faciunt. Quod, ubi opus fuerit, latius explicabitur.

Vndeclimus & duodecimus articuli non videntur habere scrupulum, modo illi, qui ad munera publica adhibebuntur, eam habeant qualitatem & conditionem, quæ ab Ordinibus 15. articulo declaratur.

In decimotertio articulo, qui agit de Comite Burano, referimus nos ad Gandauensem Pacificationem, & 8. nostrum art. ijsque insitimus. Quod adjicetur de gubernatione Hollandiæ, &c. ad nihil aliud seruit quam, quos per honesta & liberalia media lenire oporteat, eos suspicione extrusionis, vel alegationis magis irritare studeamus.

Quod ad decimumquartum articulum attinet, nolumus nunc temporis in eam disputationem ingredi, an dispositiones & ordinaciones, quæ per Sereniss. Archiducem Matthiam, Consilium & Ordines factæ, & decretæ sunt, legitimæ facultatis defectu careant, &c. Est hæc quæstio alterius loci. Sed hoc solum nunc admonitum volumus, hunc articulum paci prorsus esse contrarium, ex quo nimirum infinitæ contentiones & lites inter Subditos exoriuntur: quarum euandarum causa nihil arbitramur conducibilium & Regiæ Maestati & nobis esse, quam ut secundus Ordinum articulus obseruetur.

Decimusquintus articulus Pacificationi Gädauensi, quod ad Hollandos & Zelandos, aduersatur. In alijs verò Prouincijs, quia munera Magistratum annalia sunt, in toleratione & confirmatione eorum, qui ad ea iam promoti sunt, minus periculi est, & sufficiet prouideri, ut in posterum legitimo modo nominetur, & creentur, nisi velimus omnia sursum deorsum voluere.

Decimussextus, & decimusseptimus præcipuum habent in hac tractatione momentum: circa quos in primis considerandum esse putamus, Hollandis, Zelandis & socijs in pacificatione Gandau. exercitium religionis suæ concessum esse. Quod ad alias Prouincias attinet, planè necessarium videri, si pacem ratam velimus, vt non solum non fœuiatur in alterius, quam Catholicæ Religionis homines, vti Pacificatione dicta cautum est, sed ijs quoque exercitiū suæ religionis, iuxta 13. articulum nostrum concedatur, saltem tantisper, dum communis Ordinū libero voto aliter statuatur. Quod si aliter fiat, timendū est, ne immaturū remedium malum exasperet, & recrudescēt tumultus id, quod conseruatum volumus, amittatur, atque conditione impossibili pacem, quam querimus, perdamus.

Quod spectat ad Regiam auctoritatem, cuius decimusoctauus articulus mentionem facit, modo ea authoritas intra terminos legum, pactorum & priuilegorum, ita Pacificationis Gandauen. & articulorum, qui ab Ordinibus exhibiti sunt, restringatur: Ordines & omnes subditi parati erunt, se legibus, iustitiæ, & Regiæ potestati humiliè subijcere.

Deci.

LVI.

Decimum nonum articulum secundū nōstrū ¹⁴ intelligimus.
Quare cū nunc Sereniss. Archidux Matthias, ex legitimo sanguine
Regis natus, indole & ingenio quoq; tali præditus, quę Regio sanguine
ne digna sunt, in Gubernatorem Generalē ab Ordinibus assumptus
sit, ne noua aliqua electio, seu designatio nouas excitet turbas, & Ge-
neroſiſmo Principi, cuius medio multa mala à Belgio auersa fuerūt,
cum iniuria Cæſ. Domus, aliquam molestia & nota inferatur, maiorem
in modum rogamus, Sereniss. Regi Catholico per Cæſaream Maiest.
& Cels. & Dign. V. persuaderi, vt Ordinum electionem confirmare, &
articulos, quibus receptus est, clementissime admittere nō grauetur.

Quæ in vicesimo articulo de traditione Ciuitatum, fortalitiorū,
tormentorum tractantur, non putamus æquum esse, quartum &
quintum articulum Ordinum repudiari, præfertim cū antea be-
neſicio ſexti articuli in Edicto perpetuo idem admissum & conceſ-
ſum fit.

Articulus vicesimus primus nullam videtur habere difficulta-
tem.

Quantum ad ratificationem attinet Pacificationis Gandauensis,
& Edicti perpetui, cuius in 22. articulo mentio fit, consultius eſſe cen-
ſemus, vt ea purè & simpliciter approbetur, vti ab Ordinibus fa-
ctum eſt, ne illa videatur vllomodo in dubium vocari, & ad con-
trauenientum viam aperiri. Quin etiam non nihil miramur, cū Il-
lustriss. Ducem de Terra noua non lateat, quid incommodi intulerit,
tam in Religione, quam in politia, Domini de Selles declaratio, qua
Regis nomine & iuſſu significabat, Maiestatem eius non eſſe eius ani-
mi, vt ea Pacificatio rata eſſet: de nouo ab Excell. eius produci, quæ
præcipua capita Pacificationis, atque etiam Edicti evertunt. Quam-
obrem etiam Celsitud. & Dign. V. rogas volumus, si quid vel à Re-
ge, vel ab Ordinibus vltra illud petitum eſt, id diſtinctè propona-
tur, examinetur, & concordetur, ſalua ſemper ipsa Pacificatione &
Edicto. Eomodo ſecurior, clarior & breuior fiet tractatio.

Ad 23. articulum de foederibus, nihil aliud respondere poſſu-
mus, quam quod iam ante ad declarationem ſecundi noſtri à nobis
reponſum fuit.

Vigesimus quartus ferè conuenire videtur cum articulis Ordin-
um 16. & 17. quare ad eos nos referimus.

Quod ad reliqua attinet, dubitandum non eſt, ſi Ordines à Seren-
iss. Rege, Principe & Domino Iuo naturali, iustas & æquas suas pe-
nitences obtinuerint, quin ea omnia ſint præstituri, quæ ſua Maiestas
à fidelibus Subditis desiderare poterit. Actum Coloniae decimali u-
nij 1579.

CÓNCOR-

LVII.

Num. XXV.

CONCORDIA ARTICVLORVM, PER LEGA-
tos Ordinum Belgicorum xxv. May 1579. exhibitorum, cum Pa-
cificatione Gandauensi, Edicto perpetuo, Priuilegys,
ac ratione ipsa.



Rimus Articulus consentaneus est primo articulo Pacificationis Gandauensis, atque Edicti perpetui cum Domino Ioanne Austriaco initi.

Secundus, quanquam non per omnia conso-
net Pacificationibus præcedentibus, illis tamen
nequaquam aduersatur. Et ad euitandam magnā
rerum confusionem, multasque controuerrias

est planè necessarius.

Tertius conuenit cum decimo Edicti.

Quartus & quintus consentiunt cum Pacificatione, & Edicto;
ac propterea non debent mutari: ne qua suspicio sinistra Ordinibus
inde præbeatur.

Quia verò sextus Articulus semel Domino Ioanni Austriaco
Namurci placuit, non debet iam displicere: præsertim cùm non spe-
ctet aliò, quām vt firmiter obseruentur, ac stabantur ea, quæ inter
Regem Catholicum, ac Ordines transigentur, ac concludentur.

Septimus concordat cum nono Pacificationis, & octavo Edicti.
Propterea verò, quod octauus conformis est priuilegijs ibidem
memoratis, (quæ Regia Maiestas statuit in uiolata conseruare) is non
potest villo modo recusari: Sed nec Illustiss. Dux Terranouanus eū
recusat, præsertim quum nulla subsit iusta, aut legitima causa, quare
Comes Buranus debeat captiuus detineri.

Nonus & decimus respondent decimo septimo Pacificationis.
Et ad euitandam maiorem difficultatem in restitutione bonorum a-
lienatorum, expedit ijsdem verbis inhærere.

Vndecimus respondet articulo quarto Pacificationis saltem sen-
tentia & menti illius. Quare in eo nulla debet fieri difficultas
Duodecimus, cùm faciat ad maiorem corroborationem Pacifi-
cationis Gandauensis, Edicti, ac Unionis, (quæ omnes à Regia Ma-
iest, approbatæ sunt) iam non potest non etiam gratus esse: præsertim
cùm eæ sint totius huius tractationis fundamentum.

Etsi verò decimustertius Regiæ Maiestati nimium videatur du-
rus, ac non ferendus: tamen quia ad conseruationem Ecclesiastico-
rum, ac omnium Catholicorum, atq; adeo ipsius Religionis catholi-
cæ Romanæ, est omnino necessarius; ad quem finem Pax religionis,
dicta Religions fried/ etiam admissa, ac recepta est: Regia Maiestas de-
bet omnino se sinere persuaderi, ac induci, vt toleret id, cui iam mede-
ti non potest, tanto magis, quia petitur per modum prouisio-

H

nis

LVIII.

nis, videlicet donec per Ordines generales aliter decretum & prouisum fuerit.

Decimus quartus vtilis est ad excludendas multas difficultates, quæ super noua denominatione, aut Electione Gubernoris moueri possent: quarum certe, durante hac diffidentia, magna ratio haberi debet.

Decimus quintus non videtur admodum discrepare à mente Regiæ Maiest, excepta clausula, quæ distinctionem facit inter eos, qui à partibus Ordinum steterunt, & aliorum.

Decimus sextus, & decimus septimus cum æquitate ac ratione plane consentiunt: vt scilicet ij, qui Ordinibus suppetias tulerunt, in pacis tractatu comprehendātur. Quod ipsum etiam per suos articulos Illust. Dux Terranouanus æquum iudicauit.

Decimus octauus, & decimus nonus faciunt ad plenam securitatem & ratihabitionem huius pacis, quam Regia Maiest. non minus, quam ipsi Ordines desiderant. Itaque nulla est in ijs difficultas. Actum Coloniæ xi. Junij 1579.

Num. XXVI.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI QVE,
Electores, Principesque, & Domini. Sac. Cæf. Maiestas
tis Delegati.



VX de Terra noua Regius Mandatarius, vi/o scripto Legatorum Belgij Ordinum, ex vestro communi decreto sibi xiij. præsentis Mensis communicato: quandoquidem ipsimet Legati aperte confiteantur, se ad exhibendum eiusmodi scriptum omnino nihil Mandati ab Ordinibus Satuum tenere: sed tantum vt seruiat pro consilio, ac alias citra partium hinc inde præjudicium, se priuatim motu proprio illud exhibuisse, spe nimirum præconcepta, quod per Illust. VV. DD. idem Regius Mandatarius eo adducendus fuerit, editos ab se iam pridem articulos reconciliatorios aliquanto propius vt accommodaret ad ea, quæ ex parte dictorum Ordinum iam antea postulata ac proposita fuere.

Propterea Duci haud aliud occurrit quod in præsentiarū responsū iri cōueniat, quā illud ipsum, quod in Exordio præcedētis sui postremi scripti satis superque rotūde declarauit; vt pote hoc rerum statu nihil tam procurandū sibi fuisse, quā vt disputationum quarūlibet occasionibus amputatis, prompte non minus quam pure ac liberaliter in sinum amplissimi vestri Confessus depromeret vniuersum ille, quod S. Maiest. Catholica deinceps constituerit suis Subditis clementer concedere & elargiri, cuius quidem consilij illa possumū fuit

LIX.

ratio, quod ad accelerationem recōciliationis tantopere Prouinciali-
bus necessaria eiusmodi via sperabatur omnium compendiosissima
futura.

Potissimum, quod Dux sibi probè conscius articulos ab se pro-
positos, tanta iustitia & æquitate suffultos esse; quod iure sperari de-
beat ab Ordinibus Statuum citra omnem cūctationem acceptandos
fore. Eò maximè, quod quicunque vacuus præsertim ab inordinata
passione, rem penitus expédere volet, haud dubie iudicauerit; quod
S. Majest. tanquam verus Pater Patriæ per eiusmodi paternas ob-
lationes admodum largiter suis subditis satisfecerit.

Quamobrem consulto facturi videtur supradicti Legati, si mo-
do curent eosdem articulos ad ipsos Ordines citra moram destinari:
Proderit enim res illa, vt ne temporis vltior subeunda sit iactura
cum tanto salutis publicæ præiudicio: prout ipsimet suo scripto satis
superque innuere videntur,

Porro ubi tandem apparuerit de Ordinum vel acceptance, vel
congruo alioqui responso; Tunc si Illust. VV. DD. videbitur articu-
los quosdam superesse ad subditorum iusta solatia plenius nonnihil
accommodandos, aut benignioris cuiuspam declarationis tempera-
mento egentes: haud recusat dictus Dux similium articulorum gra-
tia, in amicabilem communicationem descendere; prout Illust.
VV. DD. conuenire arbitrabuntur.

Cætera autem dicto scripto comprehensa, postquam eius gene-
ris esse videantur, quæ inter Illust. VV. DD. tanquam Cæsareæ Ma-
iest. Delegatos, ac ipsos denique Ordinum Belgij Legatos, seorsum
tractata fuere: non potest non idem Dux ad ea se referre, quæ ab
Illust. VV. DD. catenus vltorius decernenda forent. Actum Colo-
niæ, 15. Junij 1579.

Num. 27.

REVERENDISS. ET ILLVSTRISS. ELE:

éteurs, Princes & Seigneurs.

Il Duc de Terra noua ayant veu l'escrit des Duc d'Ar-
schot, & autres Députez des Estats, a luy communicques
par ordres de voz Seigneuries Illustriss. le 13. du present
dict. Que par leur dict escript iceulx confessent clairemēt,
ne le presenter pour chose, dont ilz ayent commandement
ou aduys desdicts Estats, mais seulement deulx mesmes
par forme de conseil, & sans preiudice des parties, pour
moder ses articles feur leurs demandes.

Par quoy n'y chiet aultre responce, si non celle, que au commencement de
son dernier escript, ledict Duc a dict, Asscaoir, qu'il ne trouoit conuenir, d'en-

LX.

trer en disputes, mais promptement & liberallement offrir tout ce, que sa Majesté estoit contente conceder & octroyer a ses subiects. Comme il a fait par son dict escript, pour tant plus tost paruenir a vne reconciliation, tant desirée & nécessaire audict pays.

Estans iceulx articles telz, si iustes & équitables, qu'il veult confier que ledictz Estats les accepteront, de bien grande promptitude, s'assurant, que toutes personnes non passionnées iugeront sa Majesté, auoir par iceulx offert assez largement a ses subiects, par ou ne deboient ny doibuent lesditz Députez differer leuoy desdicts articles, ny perdre temps, qui est si prejudiciable, comme eulx mesmes dyent.

Et quand lesdicts Estats auront donne leur acceptation, ou respouce pertinente, si voz Signeuries Illustriss. trouuent, qu'il y ait quelques poincts a accomoder ou esclairer équitablement, ledict Duc ne refuse d'entrer en conference amiable, sur iceulx comme iugerez conuenir.

Et touchant le surplus des articles dudit escript, pour ce qu'il touchent poincts ayant passé entre voz Seigneuries Illustriss. comme Commissaires de sa Majesté Imperialle, & iceulx Députez, ledict Duc le remet a ce quil plaira a icelles ulterieurement y ordonner. Faict a Couloigne le 15. de Iuing 1579.

Num. XXVIII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GENEROSSI, NOBILES, SACRAE CAESAREAE MAJESTATIS COMMISSARIJ.



Tcunque ea, quæ proxima annotatione nostra exhibuimus, magis consilij loco, quam Ordinum Mandato singulari (illa enim iam antea binis articulis proposuimus) deducta, & explicata volui-
mus, nihilominus Cels. & Dign. V. facile intelli-
gunt, nihil in ea annotatione reperiri, quod pra-
dictis articulis in vlo punto contrarium, & ad-
uersum haberi poscit.

Quare consideratis difficultatibus, quas in ea recensuimus, non
frustra sperauimus Ducem de Terra noua, Regium Legatum per
Celsitud. & Dign. vestras inductum iri, vt proprius se ad petitionem per
& intentionem Ordinum accommodaret: vel saltem sperauimus, sa-
tis materiæ hincinde Celsitud. & Dign. V. datum esse, ad media aliqua
ineunda, & proponenda, quibus Rex & Ordines conciliari inter se
possint, & debeat.

Vt Regius Legatus voluit disputationum quarumlibet occasio-
nes amputare; ita etiam nos studiosè curauimus, ne iustificationem
causæ nostræ ingredieremur, quæ fortassis offenditionem aliquam ad-
ferre potuisset.

Quamobrem hactenus non alijs argumentis, quam ab ijs, quæ
iam

LXI.

iam ante conuenta, & conclusa fuerunt, item à necessario & impossibili vñ fuimus.

Sed cum videamur vrgeri à Regio Legato multo grauioribus argumentis à liberalitate, ab indulgentia, & paterna affectione Regis erga nos; Item à iustitia, & æquitate eorum, quæ offeruntur, mercuimus ne iis argumentis Cels. & Dign. V. commoueantur; ne ad alia media, quæ conciliationi mutuæ seruire possunt, progrediuntur.

Ita inuiti cogimur contra scriptum illud Legati Regii tantum replicare: Amplecti nos gratissimis animis liberalitatem Regis, indulgentiam, & paternum eius affectum erga nos. Sed vicissim rotundicimus ea, quæ per Regium Legatum offeruntur, in substantia parum cum affectu isto conuenire.

Nam quod ad Leges, consuetudines, pacta, & priuilegia attinet, ea nostra sunt, nec vñquam nostra esse desierunt: quippe quæ per Regem aboleri, inuerti, aut tolli nec olim potuerunt, nec adhuc hodie iure possunt.

Sic etiam tributa, & vectigalia, apud nos certum suum habent modum, quem Rex nec augere, nec minuere sine cōsensu Ordinū potest. Dignitates quoque & officia nō nisi certis personis, & sub certis conditionibus conferri queunt, multominus possunt, aut debent subditi per Gubernatores & Consiliarios Regis, per Duces & milites eius iniuste premi, spoliari, & violari.

Si quis nunc pōrro perpendat quid in his omnibus per Regios Gubernatores, & Duces in Belgio notoriè actum sit, is simul inueniet, cum ad varias Ordinū Supplicationes Rex nullum remedium ijs malis adhiberet, eos iuste & legitimè iuxta communem Theologorum & Iurisconsultorum sententiam arma contra Gubernatores & Duces istos ad corpora, bona, & iura, tum sua, tum sūorum defendenda suscepisse.

Deinde hac defensione iusta constituta, prout est iustissima, nec vñquam apud vllam gentem indubium reuocata, nemo etiam non intelligit, quæ interea temporis ex necessitate Reipub. per Ordines acta, decreta, & ordinata sunt ea legitima potestate acta, ordinata, & decreta esse.

Alioquin, quod ad debitam obedientiam attinet, quam Seren. Regi, Principi, & Domino nostro naturali præstare obstricti sumus, nūquam recusauimus, nec adhuc præstare eam iuxta leges, pacta, priuilegia, & pacificationes iam ante initas recusamus.

Omnes ergo articuli Ducis de Terra noua, qui de prædictis rebus loquuntur, propterea iusti & æqui sunt; quia proficiuntur ex iure, quod Subditis competit: gratiam autem & liberalitatem non habent aliam, quam quod in ijs Regis nomine promittitur: Maiestatem eius velle posthac subditos suos, quod ad per-

XXII.

sonas & iura ipsorum, saluos & incolumes conseruare.

Religio

Vnicum punctum est religionis, in quo Ordines in communione propter praesentes necessitates, & communem quietem quidem & propter conscientias suas, quæ Dei moderationi, & regimini subiectæ sunt, aliquid sibi cum gratia Regis permitti, & concedi cupierunt: sed nihil amplius hic Ordinibus per regium Legatum offertur, quam ut illi, qui sunt alterius, quam Rom. Ecclesiæ Religionis, mitigationibus posthac pœnis, quam antea, propter professionem suæ fidei, obnoxij sint, & coercentur: vel si pœnas istas evitare volunt, bona, sedes auitas, & cognitionem suam deserant. Quæ oblatio an tantope-re à iustitia & æquitate commendari debeat, per ea, quæ ab initio exposuimus, manifestum est.

Hæc paucis tantum attingere, & proferre voluimus, suo tempore, si opus est, latius exponenda, & deducenda, in eum finem, vt Celsi. & Dign. V. perspiciant, etiam si libentissime omni animi demissione praesentem tractationem cum Regio Legato inire cupamus; tamen nec diuino nec humano iure nos destitui, quo causam nostram coram Deo, & coram toto mundo defendamus. Agnoscimus quidem Regis nos esse subditos; sed ita subditos, vt inter nos respective illud ius hic locum habere debeat, quod inter Dominum, & vasallos obseruat: & in quibusdam rebus strictius. Quod suo loco ostensuris sumus.

Illorum ergo respectu Illus. Dux Arschotanus, & nos reliqui Ordinū Legati a Celsi. & Dign. V. amicè, humillime, humiliiter & officiosè seorsum rogatas volumus, vt ijs sic placeat in hac causa agere, tanquam inter partes, quæ ambæ sciure & iustitia suffultas esse arbitrantur, quibus vtrinque varia media ad mutuam earum conciliationem proponi æquum sit: nos nihilominus articulos à Regio Legato exhibitos ad Ordines transmittimus, super ijs iudicium eorum requisiti, valde tamen timemus, nisi Regius Legatus proprius se, & præcipue in punto religionis, ad petitionem Ordinum accommodare velit, omnem laborem per Celsitudines, & Dignitates vestras, frustra sumi. Sed hæc haec tenus.

Quod ad Mandatum attinet, exhibemus adhuc vnum Mandatum, in quò Provinciæ, quarum nomine huc comparuimus, exprimitur. Conditio eidem inserta difficultate caret, cum nihil prorsus agere statuamus, quod non Instructioni nostræ per omnia respondeat. Et, si opus fuerit, dabimus operam: vt Ordines tam Generales quam particulares rata, & grata sint habituri; quæcumque hic concludentur.

Vltimo de Inducijs, quas Celsi. & Dign. V. iterum proponere placuit, sub eadem spe pacis, qua illas Regius Legatus concederet, reparatus est, nos quoque eisdem arbitrio & pietati vestræ committimus. Quod ad formulam earum attinet: Ordines tales In-

*Nota do. mige
ges b. sparti beuig
mitatu papali*

LXIII.

ducias inire parati sunt, quæ non sint communicabiles, h. c. vt neu-
tra pars, ijs durantibus, possit tractare, negotiari, aut communi-
care in ijs locis, aut Ciuitatibus, quæ à parte aduersa detinentur:
Sed tantum liberum & tutum sit vtrique parti ad eos locos, & Ci-
uitates commeare, & remeare, inuehere, & euehere, item in ijs
versari, agere, & negotiari, quæ earum quælibet tenet, & occupat.
Actum xvij. Junij, 1579.

Num. XXIX.

MVS Matthias par la grace de Dieu Archiduc d' Austria, strice, Duc de Bourgoingne, Styrie, Carinthie, Carniole, Virtenberg &c. Côte de Habsburg, Tyrol, &c. Gouverneur, & Capitaine General des pays bas: Et les Prelats, Nobles & Deutez des villes representans les Estats desdicts pays, Assauoir Brabant, Geldres, & Zutphen, Flandre, Hollande, Zeelande, Tournay, Turne-
sier, Vtrecht, Malines, Frize, Querijssel.

ace espeiallement conuocques, & en nombre competent, assemblez en la ville d' Anvers, A tous ceulx, qui ces presentes verront, salut. Comme la communication tenue par noz Deutez, avecq ceulx de feu le Seigneur Don Iehan d' Austria, au mois d' Aougst dernier en la ville de Louvain, sur le faict de la pacification des miserables troubles & guerres, dont ces pays sont esté tant extenuez, n'auroit esté affectuez ny peu confiure le fruict desiré & necessaire, pour empêter la totale ruyne d'iceulx, A cause, que par lettres du Roy Catholicque pendant icelle communication, le pouvoir d'acheuer seroit esté osté audict Seigneur Don Iehan, & le tout remis a la Majesté Imperiale, laquelle seroit esté seruie de comme mediateur & amiable compositeur y interposer son auctorité, & a cest effect envoier aulcunes Princes, & autres ses Ambassadeurs en la ville de Couloigne. Nous ayant aussy aduerty, de la bonne intention de saidicté Majesté Royalle, nous destrans n'obmettre moyen ou occasion quelconque, de deliurer lesdicts pays, & bons inhabitans d'iceulx, desdicts guerres, troubles, & calamitez, a ce que dorese nauant chacun soit remis, conserué & maintenu en paix & repos, ensemble en ses droicts, franchises, libertez, & prospérité, a l'honneur de Dieu, au service de saidicté Majesté Royalle, bien & trāquillité de ses bons subiectz & amateurs de la patrie. Scauoir faisons, qu'en qualité susdicts auons commis & deputé, commettons & deputons par cestes, nostre treschier & tres-ame Cousin Philippe Sire de Croy, Cheuallier de l'Ordre de la Thoison d'or, Duc d'Arschot, Prince de Chimay, de Portien, Conte de Beaumont, & de Senningen, &c. Reuerendz Peres en Dieu Messire Iehan van der Linden, Prelat de S. Gertrude, Damp Fridericq Dyue, Prelat de Maroilles, Conseilleirs d'Estat, Messire Bucho Aytta, Preuoit de S. Bauon a Gand, Messire Caspar Schetz Cheuallier, Seigneur de Grobbendōcq, Vueemale, &c. Tresorier general des demaines, & finâces, Messire Francois Doigniez, Seigneur de Beaurepaire, Adolphe de Meeckers.

LXIII.

Meeckercke, Eseuier Conseillier d'Estat, Messire Adrian van der Mylen, Docteur es Droictz, Conseillier au conseil prouincial de Hollande, Messire Bernhard de Merode, Cheuallier, Seigneur de Rummen, Messire Adolf von Goor, Seigneur de Caldenbroch, &c. Docteur Aggeus Albada: Ausquelz par ensemble, ou les cinq ou six diceulx, auons donné, & donnons par ceste plain pouvoir, authorité & mandement general, & special, de se trouuer vers lesdits Seigneurs Ambassadeurs Imperiaulx, & proceder avecq les deputex de saidie Maesté Royalle, vtterieurement a ladicta communication traicter, aduiser, & conclure vng bon accord & pacification, comme pour le plus grand auancement & seurte du bien publicq & specialement, a la deliurance de ces pays, de tous estrangers. Ilz trouueront conuenir le tout suyant l'instruction, qu'ilz ont de nous, Ainsi s'oblier a ceste fin avec les deputez de saidie Maesté catholique, Bien entendu, que le tout sera conclu &acheue deans sis sepmaines, doiz le premier iour de la communication, lesquelz expirez, seront lesdits deputez tenuz d'incontournablement retourner par deca, sans s'elarger d'aumentage. Et pourront lesdits deputez choisir telz personnages, qu'ilz trouueront conuenir pour les ayder & assister: Aussi vng Secretaire pour s'en seruir en toutes occurrences a l'effet susdits, huy donnat pouvoir & authorité de tenir note de tous actes, & les depescher & signer comme appartient, promettat de bonne foy, et sur l'obligation de nous, & chacun de nous, & nos successeurs, en particulier, & en general, avec tous noz biens quelcōques, presents & aduenir, Auoir pour agreable, & tenir ferme & estable a tousiours tous & chacun des pointz & articles, que nosdits deputez consentiront & accorderont de nostre nom, & le tout ratifier & inuiolablement obseruer, & faire obseruer, fournir & accomplir sans iamais contreuenir, ou souffrir estre contreuenir, directement ou indirectement, & qu'elle maniere qu'il soit. En tesmonage, de ceste de nostre propre main, & cachete de noz armoiries. Et nos Prelats, Nobles, & Deputez susdicts y auons fait appendre nostre commun seal, & signer icelle par l'vng de noz Secretaires. En Anuers le neufiesme d'Apuril, xv.c. soixante dix neuf. c. d. g. v.

Matthias sst.

Par Ordinance de son Alteze.

N. D. Sylle sst.

Par Ordinance desdits Seigneurs
Estats.

A. Byleuch.

BREVIS

LXV

Num. XXX.

BREVIS, ET SVCCINCTA ELVCIDATIO ARTI
culorum ex parte S. Maiestatis Cæs. iam pridem exhibitorum, continens solutio-
nem ad præcipua obiecta, quæ summarie deducuntur in scripto, quod Legati Ordini-
num Belgij iam ante a per modum consilij, seu directionis in medium deponspere.
Absque tamen eo, quod Dux de Terra noua, Regius Mandatarius, quoquo
modo intendat, ullius disceptationis aleam subire, sed tantum
vt seruat pro vberiori instructione Reuerendiss.

& Illustriss. VV. DD.

Quoad primum, & secundum.



Principio, Cùm veræ reconciliationis protrudiatur, *Articulus dñis
de terra noua*
dendæ, vnicum fundamentum esse dignoscatur
ipsa obliuio, tum iniuriarum, tum offensarū præ-
teritarum nequaquam euitari potuit, quin pro-
earum varietate etiam per varios Articulos de ob-
liuionis remedio caueretur. Sunt in primis me-
morabiles illæ, quas Rex percessus à suis subditis;
lunt insuper & aliæ, quæ subditi vltro citroquæ sibi mutuo intulere.
Quarū cùm dispar sit ratio, quis, obsecro, reputet esse vitiū, res diuer-
sas articulis diuersis iri complexas? Potissimum Rege nihil tam per-
cipiente, quām vt reconciliatio talis sit, qualis ad durationem sui es-
se merito debet, hoc est, vt plena sit, robusta, ac neminem prouersus ex-
cludens.

Quoad tertium.

Hoc loco requiritur ab Ordinum Legatis, vt ne apposita man-
ant pauca verba, quæ reperiuntur inserta, circa usum ac fruitionem
priuilegiorum, de quibus agitur. Quasi verò vllatenus id præteriri
potuerit, præsertim cùm agatur de priuilegijs antiquis, in quibus vel
ipsa ratio dictat, nullæ pacta esse firmiora, quām quæ ad pleniorē ea-
lucidationē sui, etiam certi temporis circumscriptiōnē, ex vnu &
obseruantia contineant. Nec mirum, cùm vnu, & obseruantia, in quo-
tius priuilegio ad instar animæ seu spiritus reputari soleant. Prout et-
iam moribus, & usu receptum est, nūnquam confirmari priuilegia, ni-
si adiecta illa limitatione, *Quatenus sint in usu.*

Quoad quartum, & quintum.

Cui dubium esse potest, quin exordium quarti articuli tale sit,
quale esse conuenit? Nam quæ inuidia est, si Rex studio placandi sui
populi clementer declareret, quod, sicut olim inuitus de infaciendo
peregrino milite in prouinciam, ita nunc commiseratione subdito-
rum accensus de eodem rursus educendo, cogitare incœperit? Estne
rei veritas talis? si sic: cur ægrè accipitur, eiuscemodi quid aperte di-
cier?

LXVI.

cier? Adeóne hoc studiosè agitur, ne populus vnquam bonam opinionem de Rege concipere possit? Cætera verò, quæ ad formulam iuris iurandi pertinent, quis neget, quin alio loco (vbi nimis rem de misistris publicis ad regimen populi cooptandis tractandum fuerit) longè oportuniustum referri, tum decerni poterunt? Quod autem ex aduerso postuletur, oppida, arcisque, & munitiones, Ordinū Belgiorum fidei ac dispositioni cōmitti, aliorū esto iudicium, quam grauis hæc sit conditio ad pacem? Quandoquidem millibus è cunctis vix illius reperiatur Princeps tantillus, qui tale quid animo ferre posset etiam. Quid enim id aliud foret, quam umbra principatus retenta, iacturam facere corporis totius, sequē ipsum proprijs spoliare plumis? Cùm nihil tam pertineat ad Principem, quam custodia tum populi vniuersi, tum etiam ciuitatum omnium.

Quoad sextum.

En quæso miram, ac verè paternam Regis solitudinem. Mestuit, ne populus, dum armis lasciuit, tardius fruatur commodis iustidæ pacis: Suadet ut arma ponantur, seque ut lassus miser populus trāquillitatis dulcedine delectare incipiat: tamen perinde res accipiuntur, ac si de novo vulnere in prouinciam illato, seu refuscitandis nouis suspicionibus infasta conamina proferrerentur. Quis non suspicetur in fatis esse, quod Rex, cùm optima fecerit, tamen male sit auditurus semper?

Quoad septimum.

Populus quotidianis emunctionibus exhaūritur, & quidem funditus, adeo quod nemo non prægrauetur ultra vires: Ordines Statuum parum auspicati congregati, priuata sua auctoritate nulla non onera imponunt subditis promiscuè omnibus. Hactenus nec iure, nec more id ulli licuit vnquam, præterquam soli Principi, qui, tametsi iam ultro, saltem oblique, impariatur auctoritatis suæ oraculum, quoad præterita, simulque cauet de cessatione, quoad futura, nisi quatenus necessitas aliud postulatura videatur; tamen haud euitare potest, quin tanta ipsius benevolentia respiciatur? Et quod grauius, ut ne quidem ab ironica retorcione abstineatur: quasi verò absurdum sit, Regem sibi complacere in opere bono, dum mauult populum immunem quam oppressum videre?

Quoad octauum.

Effecit profectò non minus ipsa frequentia, quam vehementia querimoniariū propemodum ex omni parte, tam domi, quam foris hucusque suscitatarum, quod iste articulus perquam necessarius fuerit iudicatus, tum subditorum, tum vicinorum graviam. Nam quorū profuerit, in territorio habere flumina, quorum ductu ad Maris commercia proueniatur? nisi libertate transi-

LXVII.

te transitus pro veteri more potiri concedatur? Est enim id Regi curæ, non solum subditos, verum etiam vicinos ab omni coniunctione iniuria vindicare potissimum eluscemodi, quod passim moluntibus iis, quibus nec publica auctoritas astipulatur, multo autem minus id agant, quod extorta ad eum modum pecunia, in Principiis, seu alioqui publicum usum conuertatur.

Quo ad nonum & decimum

Ambo hi articuli ranta æquitare, ac iustitia certatim exuberant; quod qui illorum dispositionem fastidiat, palam confiteatur necesse sit, nihil minus quam pacem solidam & rotundam se optare. Nam, ut ex æquo, tam de bonis quam officijs, & functionibus, dispiciatur, quistam expers fuerit rationis, & æquitatis: profiteri quod ausit minorem esse habendam rationem oppressorum Ecclesiastico-rum, aliorumque fidelium ministrorum Regis, quam cæterorum, qui partes suas deseruere. Quid enim profuerit primus articulus, disponens de obliuione iniuriarum; si modo hi soli, ad instar illorum, qui à criminis macula nondum satis vindicati, cogentur tanquam extorres, in honorati, bonisque spoliati reliquum tempus vitæ in luctu transfigere? Speciosa profecto eiusmodi obliuio, verbis reconciliacionem simulare, re autem ipsa ex odio fomite, tum paupertatis laqueos viris bonis iniucere, tum etiam à muneribus publicis exclusionem superaddere, prout Ordines Statuum requirere videntur, articulo suo decimoquinto. Etenim si Ordines una cum suis membris, ac ministris universis plenarie reconcilientur Regi; cur non & Rex una cum suis æquali iure potentur. Est sane modus in rebus: nec decet Regem & suos, ad eum modum irritari. Sapit equidem (medius fidius) haud leuis temeritas notam eiuscemodi quid proponere, absit perurgere: ut licet, ni forsan animus sit, sustinere solos Ecclesiasticos una cum Regis, ut peccare potuisse, ita reliquos solos impeccabiles manisse.

Quoad undecimum.

Articulus iste, nil nisi meram gratiam ac summam Regis benevolentiam continet: nam olim, qui potuit ministros cooptare quos & unde locorum voluit, nunc sponte se astringit ad Belgum, & quidem solos naturales: cæteris autem suis Regnis, ac subditis eorum parum abest, quin tanquam anathemate percussis ab omni fundatione Belgica prorsus & omnino exclusis. Ingens profecto & in auditâ hæc regis clementia, qui cum in re tanti momenti liberrimus fuerit olim: tamen in obsequium Subditorum sibi met ipsi nunc quasi compedes iniicit. Est sane (si modo res ipsa penitus inspicitur) species quædam seruitutis haud vulgaris, libertatem elicit.

LXVII.

gendorum ministrorum quoquomodo coarctari. Nam quod nemo priuatus sibi imponi pateretur in domestico famulitio, id Rex, qui Princeps & Dominus, iam sponte ab se impetrari patitur in publico. Quis non arbitretur, in hoc solo articulo, plus esse tum bonitatis Regiae, tum etiam ponderis ac momenti, quam vniuersi Ordines Bellici fideliter obsequendo S. Maiest. promereri vñquam poterunt? Dij faxint expendere quod lubeat.

Quoad duodecimum, & decimum tertium.

Prior articulus prout omni scrupulo caret, tanquam plenus gratia & benignitate: ita posterior, quam etiam merè gratiosus sit, quaque prorsus extra obligationis necessitatem constitutus, plusquam manifestè declarat articulus Edicti perpetui Marchiensis octauus in versiculo, *Bien entendu*. Quid multis? optimus Rex non ultra debitum offerens, tamen necdum satisfacere arguitur.

Quoad decimum quartum.

Quæ vñquam potuit victoria suimet ipsius proposita fuisse illustrior, quam sit illa, quæ hocce articulo ostenditur? Siquidem Rex grauissimum sui contemptum, plurimum in rebus licet percessus, quantumuis sciens, prudensque intelligat, decreta Ordinum, omni prorsus vigore destituta esse, & ab initio semper fuisse: tamen mauult ex congrua ratificationis lenitate, quasi nouum robur caducis negotijs instillare, quam offensarum memor res inauspicato transactas rursus conuellere. Quid enim hoc aliud est, quam interea temporis, quo in Belgio hactenus fluctuantum extitit, in ipso Principatu quodammodo consortem Dominationis admissile? Est enim nulli non perquam notorium, quam sobria fuerit Ordinū potestas, non minus in ascendo sibi Gubernatore generali, quam cæteris rebus omnibus, ab se decretis, pacisque & pertentatis. Cæterum, vt ne hæc ipsa Ratificatio, tanquam nimis yaga, seu generalis & incerta cuiquam præterfas & æquum suspecta aut dispendiosa videatur; curæ fuit Regi, iustitiam limitationem subnectere, cuius quanta sit æquitas, & iustitia, iudicare possunt illi, quibus constat ordinariam potestatem Gubernatorum generalium miris modis amplam & latam semper fuisse: & proinde, non nisi per pauca quædam, nimis exorbitantia, excepta iri.

Quoad decimum quintum.

Quid enim hoc articulo iustius, magisue necessarium, quam ut ne magistratus, à factiosis hominibus de facto, & præter culpam suis honoribus spoliati, soli maneant expertes commodorum, quæ expæc- cis serenitate ad omnes æqualiter prouenire debent: vt ne hoc omit- tatur, ab eiuscmodi initijs restorationem priuilegiorum auspicari debere? Quid enim interest Regis, hicne, an verò alias Magistratum gerat? dummodo, ne quis iniuriam patiatur, neue incestus in gaudio publico solus quispiam lugere cogatur. Debet enim reconciliatio, quæ

LXIX.

quæ generalis futura, omnibus ex æquo consulere, nec quenquam relinquere subtrahendem. Id enim Regi cum primis curæ est, fueritque semper, & ob id rei cære prouisionem in futurum, nec conuenit, nec decet, ne illi, quorum existimationi ipsa destitutio iam nebulam offusse constiterit, se iniuria præteritos fuisse conquerantur, tanquam pinguore forte successorum, sibi, ad honoris instaurationem, nequam profuturam.

Quoad decimum sextum, & decimum septimum.

Vtriusque articuli rationes tam sunt prægnantes, & manifestæ, quod nemo videatur tam sobriè posse sapere, qui secum expendens, quænam ex professo sit vocatio Regis Catholici, non vltro iudicet, graue nimis fore: Velle tanto Principi circa admissionem nouæ religionis legem præscribere, seu alias per contumaciam cogere, ad paucorum subditorum arbitria publicæ religionis exercitium compone. Nā vt silentio prætereatur, quod vsu & educatione sit, semper que fuerit absolutè ac zelosè Catholicus: etiam illud accedit, quod eo tempore, quo hisce Belgicis Provincijs olim inauguratus extitit, ad sancta Dei Euangelia solenniter iurarit, de Religione Catholica Romana ad extremum usque vitæ spiritum constanter tuenda, ac retinenda. Quid enim hoc vinculo ad strictam obligationem fouendæ Religionis auitæ, cogitari potest fortius? Alium sanè, quæ Regem Catholicum quærat, oportet, cui animus sit persuadere, crimen per iurij inter grauissima peccata numerarier desijisse. Nouit enim Rex tanta pietate imbutus, quætus vindex periorum Deus esse soleat, quamque etiam graue & nefandum sit flagitium, in negotio Religionis petulanter luxuriari: præsertim verò, dum, quæ diuis facta pia vota animi quadam leuitate eluduntur: siquidem liberaliter adimpleri, non autem rideri sacra iuramenta debeant. Illud autem rarissimæ clementiæ testimonium per se longe grauissimum, quod Rex (nihil tam sitiens, quæ ex debitæ conuersionis oportuno remedio veram subditorum salutem paulatim elicere) etiam paratus sit, rigorem suorum placitorum competenter moderari, atque ea via omnium tranquillitati consulere.

Quoad decimum octauum.

Haud operæ pretium videtur præsentia articulo prolixius inhærente, tum quod ex ipso tenore suimet sit iustificatiuus, tum etiam quod à Legatis Ordinum non magnopere de eo laboretur.

Quoad decimum nonum.

Omnium autem iustissimè Rex postulat, arbitrium designandi Gubernatoris Generalis (à cuius præstantia ac virtute tota salus populi, simul & securitas vniuersi Principatus haud dubiè pendet) sibi permitti, tanquam Principi supremo ac naturali. Quid enim magis propriè ad principalis functionis sublimiorem potestatem pertinet, quæ de suom Vicario, ac locumtenente statuere, non tam

LXX.

alieno, quam iudicio proprio, siquidem populo satis esse debeat, quod Rex spondeat, talem se cooptaturum, qui subditis meritò sit placiturus, nec id solum, quinimo etiam ad eum modum gubernaturus, quod iustitia & æquitas, iuxta ac iura & priuilegia patriæ suum decus & securitatem omni ex parte sint sortitura.

Quoad vicefimum,

Si modo ne animus sit Regem Principatu suo profsus exuere, ratio dictare videtur, quod hac in re tam æquabili mos gerendus sit S. Maiest. vt nimirum sublata memoria rerum nouarum præteritarum tanto tempestiuus ad veterem formam regiminis, sub qua olim Belgium tanto tempore floruit, omnia reuocentur. Nam ciuitates, vrbes, fortalitia, & si quæ alia similia, ad alterius, quam Principis manus deponere haud sane aliud est, quam Principem exauctorare, & perpetuam diffidentiam inter se, & subditis malis artibus nutritre. Abundè namque satis prospicitur, securitati prouinciarum: quod Rex adeo clementer offerat, se velle vniuersam eius custodiam, tum ciuitatum, tum fortalitorum (sicubi opus videbitur) solis Prouincialibus cedere.

Quoad vicefimumprimum.

En quæ & quanta liberalitas Regis? hactenus singulis annis icturam fecit amplissimi patrimonij anni, tamen, ac si tantundem sibi accreuiisset, sponte iam cedit quibuslibet prætensionibus, id cauet, vt ne violenta hæc usurpatio serpat ulterius. Quid enim posset à Rege verè magnanimo, iuxta ac liberalissimo expectari indulgentius?

Quoad vicefumsecundum.

Hocce articulo iterum quasi ex integro ratificantur Pax Gaudensia, & perpetuum Edictum Marchiense: tantum additur, occasione paucorum articulorum, (quos ad præsentem rerum faciem propius accommodare fuit necesse) consueta ac salutaris clausula, vide licet (quatenus præsenti huic tractatui nequaquam repugnat) Idem priores in suis articulis stipulati fuere legati populi Belgici, tamen ac si Regiminus permisum foret, ex causa iusta quicquam limitando alterare, quam ipsis, idem iam reprehendunt in scripto Regionio. Ex qua re plusquam manifesto appareat, quonam loco Regis auctoritas habeatur, & quam multis id studio sit, Regis potestatem ener uasier. Porro vt ne ignoretur, quænā potissima ratio Ducem de Terra noua impulerit, quo minus præcisè articulorum pacis Gaudensiori insistendum censuerit, ponderatō cum primis opus fuerit, quam notoriā & pergrauem violationem ipsa Pax Gaudensia, statim ab exordio posteriorum motuum perpessa fuerit, præsertim vero post Religionem, tum Gaudensia, tum Antwerpia, tum alibi: Quibus accessit modica discretio Principis Aurora, qua illico post absolu- tum tractatum Gaudensem vti cœpit, non minus in postulando ea, quæ

LXXI.

quæ prorsus contra omnem rationem, & supra terminos dicti tractas
tus sibi deperi prætendebat, quam etiam in largiæda satisfactione plen
risque Ciuitatibus Hollandiæ, ad suum regimen quasi postliminio
reversurus: idque alia via ac ratione, quâ iure & ex pacto tenebatur.
Quæ omnia cùm cesserint in termínū præiudicium S. Maiestatis
prospiciundum fuit in hoc tractatu, ne tam graues excessus, compre
tenti remedio destituti, ad longè grauiores viam monstarent. De
reliquis vero articulis, ad postremum usque haud operæ pretium fu
erit attingere: Sunt namque eius generis, qui ne quidem Legatis
Ordinum displiceant. *affidit statim hic desideratus, in manu abbas*

Num. XXXI.

B unser freundlich dienst vnd was wir liebs vnd gutsch ver
mögen/ auch günstigen gruß/ gnedigen vnd geneigten
willen zuvor/ Hochgeborene/ Ehrwürdige/ Wolgeborne/
Edle/ Ersame/ Fürsichtige vnd Weise/ besondere liebe
geborene Fürsten/ Ehrwürdige/ Wolgeborne/ Edle/ Würdige/ Ehrn
hafte/ Fürsichtige vnd Weise/ gnedige Fürsten/ gnedige/ günstige
Herrn vnd freund/ Ewer F. G. vnd gunsten seyen unsere willig dienst/
vnd alles gutsch zuvor. Wir setzen in keinen zweifel/ ewer L. L. F. G.
vnd ihr/ werden hieuor so wol auf unsrem an ewer L. vnd euch/ auf
gangnem schreiben/ wie auch sonst/ vernommen haben/ welcher gestalt/
als wir alhie vermög habender Kaiserlicher Commission/ dieser frie
dens tractation einen anfang in Gottes namen zu machē/ erschienen/
ewer L. L. F. G. vnd ewere Gesandten daselbst nit funden/ sonder etli
che wochen lang/ nit mit geringen beschwernissen/ erwarten müssen.
Vnd wiewol wir uns dennoch endlich verschen gehabt/ es würden eu
wer L. L. F. G. vnd ihr/ derselben Deputierten/ der Röm. Kan. May.
unsers allergnedigsten Herrn beschehener Vätterlicher/ trewhertziger
erinnerung/ noch mit gnugsamem Gewalt hieher zu diser vnderhand
lung/ wie dann die Kön. W. zu Hispanien jres theils auch gethan/ ab
gesertigt haben. So befinden wir doch demselben zugegen/ daß beyde
vns von ewer L. L. F. G. vnd ewern obgemelten Gesandten fürgetra
gene Gewald/ neben andern mengeln/ so wir ihnen/ den Gesandten/
hottürftiglich zuuerschen geben vnd erklär̄t/ limitirt/ vnd sich nit weit
ter als sechs wochen/ von dem tag ihrer uns übergebner friedens me
dien vnd Articuli anzurechnen/ erstrecken thun/ bidden welcher zeit/
vngesehen wir an unsrem eussersten vnd möglichen fleiß nichts er
winden lassen/ so habs doch das von vns gewünschtes end wider uns
re zuuersicht bisher mit erreichen mögen. Die weil dann solch zeit vnd
termin

LXXII.

termin nunmehr schier fürüber / vnd gleichwohl vngern sehn wolten/
 daß der Röm. Kan. Maest. vns allergnädiste außerlegte Commission
 also ohne frucht abgehen/sonder vielmehr ewer LL. ewer F. G. vnd eu-
 werer zu selbs eigen wolfart/gedeyen/vnd gemeinem besten seinen heil-
 samen/glücklichen aufgang gewinnen möcht: Als haben wir mit vmb-
 gehen können noch sollen/ ewer LL. F. G. vnd euch/ hiermit freundlich/
 günstig/gnedig/dienstlich vnd fleissig/diß alles zu gemüt zu führen/zu
 ermanen/vn daneben zu begeren vnd zu bitten/ihren Abgesandten/die
 wir gleichfals vor lengst nach der lengdt erinnern / vnd darübersuchen
 lassen/ mit allein den terminum der sechs wochen/ zu endlicher verhof-
 fentlicher volnführung berürter vnderhandlung zu prorogiren/sonder
 auch denselbigen ihren Gesandten volkommenlichen/notwendigen
 Gewalt/vnd ohne einige limitation/ damit disßfals kein mangel ferner
 erscheine/das angefangen werck dardurch auch mit vmbgestossen/für-
 derlich zukommen zu lassen/ vnd hierin/wie auch sonst durchaus in di-
 ser vnderhandlung/dermassen erweisen vnd erzeigen/ daß ewer LL.
 F. G. vnd ewer friedfertig gemüt von jedermanniglich gespürt werde:
 Des wollen wir vns zu ewer LL. F. G. vnd euch/ der sachen gelegen-
 heit nach/freund günstig/gnedigh vnd dienstlich/verstehen. Und seynd
 ewer LL. F. G. vnd euch/ zu freundlichen/angenemem willen/gunsten
 vnd gnaden wol gewogen/auch vndertheng dienst zu erzeigen willig.
 Datum Cöllsen den xxvj. Junij/ Anno 79.

Den General Staten der No-
derlanden.

Ingelegter Zettel.

Gachdem wir anch von ewer LL. F. G. vnderewern Ge-
 sandten vnlengst vertröstet worden/ daß sie des Her-
 zogen de Terranova übergebene friedens mittel vnd
 Articul ewer LL. F. G. vnd euch/ daion zum über-
 flus Lopen beigelegt worden/zukommen lassen: Be-
 geren vnd bitten freund günstig/gnedig vnd fleissig/die Resolu-
 tion darauff lenger nit eynzustellen/ sonder zu befürdern/ vnd ne-
 ben angeregten Gewalt vnd prorogation vnuerzüglich herauff zu
 überschicken. Datum, vt in literis.

REVE.

LXXIII.

Num. XXXII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GE-
neroſi, Nobiles, Sacrae Caſareæ Maieſtatis Com-
missarij.

Illustrissimus Dux Arſchotanus, & nos reliqui Ordinum Legati aliquoties publicè & priuatim indicauimus, niſi Cels. & Dign. V. ſua intercessio ne pacem inter Sereniss. Regem, & Ordines conſtituant, metuere nos, ne Ordines neceſſitate coacti, de alia forma Reipub. cogitare incipiāt, quaſe & ſua contra conatus & iniurias Hispanorū ſecurius & meliſtueri & conſeruare poſſint. Nunc verò literis ea de re acceptis, intelligimus non ſolū ſuper eo, quod ante declarauimus, deliberari: ſed & Ordines ad oblationem, quæ de noſto à Duce Andegauensi, tam per literas, quam per Legatum eius facta eſt, quæ propter ea etiam promptius & gratius accipitur, quod exiſtimetur matronum cum Regina Angliæ contracturus, iam inſtructionē concepille. Cuius exemplar ad nos quoq; transmiſſum eſt, ſuper qua conſilium & voluntatem singularum Prouinciārum requiſierunt. Ut Cels. & Dign. V. per literas, quas hic exhibemus, abunde cognoscant.

Quare cùm pro certo habeamus, niſi pax hic per Cels. & Dign. V. concilietur, Rege ſe per ſuum Legatum ad neceſſitates noſtras nullo modo accommodare volente, nec finem iniurijs & vaſtationibus exercitus ſui imponēte, Ordines ad actum priuationis processuros, quo declaraturi ſint Regem imperio, authoritate, & Dominio, quod habet, vel habere potest in Belgio, excidisse: ſubditos à iuramento, quod Maieſt. eius præſiterunt, eſſe & fore in perpetuum ſolutos & liberos. Deinde extreſe coactos Ducem Andegauensem iuxta pacta & conuentiones iam ante cum Cels. eius initas, recepturos.

Illustrissimus Dux, & nos reliqui Ordinum Legati prætermiſtere non potuimus, quin Cels. & Dign. V. huius incontinenti certiores faceremus, cum hac amica, humillima, humili, & officiosa petitiōne, vt de huiusmodi medijs cogitare velint, quibus & Sereniss. Rex nobis, & nos Regi, Principi, & Domino noſtro naturali æquis conditionibus, quas à nobis præſertim in cauſa religionis iam ante ex articulis noſtris Cels. & Dig. V. cognouerunt, conſeruemur. Actum Conſilio 4. Iulij, Anno 1579.

Num. XXXIII.

Mesieurs, Comme hier vous auons eſcrit & enuoyé par la poſté, ce que nous ſembloit convenir pour reſpoce ſur les voſtres du 18. de ce mois, n'auons volu laiſſer de vos enuoyer l'inſtruction, laquelle auons fait dresser en conformité des accords faictz avec Monſ. le Duc d'Alencō, a fin, que tāt mieux ſoyez informez de tout, et affeurez que noſtre intētō eſt de pourueoir

K

ueoir

LXXIII.

veoir a la seureté & conseruation du pays, par la meilleure voye que trouuerons conuenir, ce que vous auons aussy donné en charge, de declarer en vertu de vostre derniere instructiō. Ne voulāt aussy obmettre de vous aduertir, que Monseigneur le Duc le 23. de ce mois nous a faict declarer par son Ambassadeur d'Esbruneaux, qu'il continue en sa bonne affection vers ces pays, Et comme le mariage de luy auec la Royne d'Angleterre s'approche, qu'il aura tant meilleur moyen de nous assister. A quoy le Roy son frere luy auroit aussy offert les force's de toute la France, nous baillant de sa part la lettre ioincte a cestes. Et ne seruant la presente aultre effect, que pour vous enuoyer la copie de ladiictē instruction, & lettres alantes quand & cestes feront fin, priant Dieu.

Messieurs, vous octroyer l'accomplissement de voz bons & vertueux desirs.
D'Anvers ce 29. Iuing 1579.

De vostre Excel. Reueren. & Seigneuries

Bien affectionnez en service les Estatz
generaux des pays bas.

Par Ordinance desdits
Estatz signé.
A. Byleuen.

La superscription estoit,

A Meissieurs,
Monseigneur le Duc d'Arschot, Prince de Chymay, de Porceau,
Comte de Beaumont, &c. Cheuallier de l'Ordre de la thoison
d'or. Reuerend Perez en Dieu, les Prelats de S. Gertrude, &
de Maroilles, & aultres Seigneurs Deputez des Estatz ge-
neraux en Couloigne.

Num. XXXIV.

Messieurs, vostre lettre du 3. d'Apuril, dont estoit porteur Harangier me tire de la peine ou iestois, de n'avoir eu de voz nouvelles, depuis mon partement de Conde, ny veu encores aulcune des Deputez, qu'auiez resolu m'enuoyer. Et ne scauois que penser, voyant tant de longueurs naistre, lors que les promesses portees es traictes & conuen-
tions passéz entre nous debuoient reusir. Toutesfois apres
avoir bien consideré les causes de ce retardement amplement deduictes par vo-
stre lettre: l'ay veu que ce n'a point esté faulte ny changement de bonne volonté,
mais qu'au contraire vous demeurez fermes en la resolution, qu'auiez prinse d'ent-
retenir & satisfaire a vosdicts promesses, & me donner toute occasion de conten-
tement, qui est ce que ie me suis tousiours promis de vostre sincérité & rondeur.
Vous priant croire, que pour estre eslongue de vous, ie ne diminue rien de l'affection
que i'ay au bien de voz affaires, mais que ie demeure resolu de ne me departir au-
cunement

LXXV.

cunement de la bonne intelligence, que i'ay avec vous conforme ausdicts traictés & conventions, ainsi que le Seigneur de Pruneaulx, qui est pres de vous pour mon service, vous fera plus particulierement entendre, suyuant la charge, que ie luy en ay donnée, comme de tout ce, qui me concerne par dela. Et vous prie, vous en assurer & continuer la communication & intelligence familiere, qu'avez ena-
vec luy, laquelle ie trouue tresbonne & nécessaire pour la conduicte des affaires. L'approuue aussi, qu'avez enuoyé voz Deputez a l'asssemblée de Couloigne, dōt i'at-
tens la resolution, qui ne peult a mon aduis plus gueres tarder, puis que vous leur
avez limité le temps si court, le desire quil sy prenne resolution telle, que vous ayes
occasion de vous encontenter, & vous puisez apporter le repos & tranquillité,
que ie vous souhayte. Mais ie ne puis estre que tresmarry de la desvñion de ceulx
de Haynault, Artois & Lille, tant pour ce que ie y voye vng commencement de
partialitez, dont l'exemple est pernicieux bien fort, que pour la double que
i'ay, que ces diuisions apportent a eulx beaucoup de malheur & desauantage, &
augmente le auantage & l'esperance de l'enemy, qui sans doute esbranlerot bien
tost, si chacune Prouince demeuroit vnie pour la conseruation de tout, de quoy de
ma part ie m'affectionneray tosiours autant que prince qui viue. Et n'espargneray
jamais aucun moyen que i'aye, de vous faire paroistre, en quelle recommandation
i'ay vous & voz affaires : m'assurant, que vous m'en donnerez autāt d'occasion,
que la preuve que i'en ay faict le merite, en recognoissance de laquelle vous vous
estez si liberallement obligez, que i'ay de quoy croire, qu'en l'accomplissement vous
verez de mesme liberalité, comme le requiroit bien l'estat de vous affaires, les-
quelles ie prie Dieu Messieurs vouloir terminer a vostre heur & contentement,
& vous maintenir tous en sa saincte garde. Escript a Paris le 13. de Iuing 1579.

Vostre bienaffectioné amy

Francois.

La superscription estoit,
A Messieurs,
Les Estat's généraux des pays bas.

Num. XXXV.

I.

Rimo, pacificatio anno 76. die 8. Nouemb. Gandaui inita, & constituta, Vnio quoque Bruxellēsis 9. Ianuarij anno. 77. subsecuta, Edictum insuper perpetuum Bruxell. 17. Febr. eodem anno publicatū, vna cum approbatione Regia, saluis sequentibus Articulis, obseruabuntur, & executioni mandabuntur.

II.

Et quia præter ea, quæ à tempore primorum motuū acciderunt, post iam dictos tractatus pacificationis Gandauensis, Vnionis, & E-
dicti perpetui, vltro citroque varia facta; dicta, & admissa fuere,

K. 2 tam

LXXVI.

tam in generali quam in particulari hac præsenti quoque pacificatione non minus posteriorum istorum factorum, & dictorum, quam eorum, quæ antea contigerunt, perpetua obliuio constituatur: ita ut eorum nulla fiat amplius mentio, expratio, aut inquisitio, quasi ea nunquam accidissent: idque sub pœna exemplaris correctionis subditis contrauenientibus tanquam perturbatoribus tranquillitas publicæ infligenda.

III.

Rex Catholicus Vasallis, subditisque suis seruabit, manutenebit, &c, si opus videbitur, etiam denuo confirmabit omnia & singula iura, usus, consuetudines, immunitates, exemptiones & Privilegia quarumlibet Prouinciarum, Ciuitatum, Oppidorum, Communatum, aliorumque priuatorum omnium tum in genere, tum in specie, quemadmodum in Edicto perpetuo art. 10. &, cum Prouincijs Belgicis inauguratus extitit, promisit, & iuravit.

III.

Omnis milites extranei, utpote Hispani, Itali, Germani, Galli, Burgundi, Angli, Scotti, ac cæteri omnes peregrini, qui propter hosce motus utrinque accessiti sunt in Prouincijs Belgicis, ab hac pace promulgata intra N. terminum simul excedent & eodem tempore.

V.

Quod vero attinet ad alios milites non extraneos, etiam ad pleniorem exonerationem afflitorum subditorum, mandabit Rex universum militem, tam terra, quam mari, eodem que tempore ex auctorari & dimitti, ut nimirum deinceps sibi priuatim viuant in tranquillitate, ordinarijs tantum præsidijs retentis, ac suffecturis.

VI.

Subditi quoque Ciues, & Incolæ omnes citra cunctationem redent ad mercaturas, opicia, & negotia pacis, quibus se, vxores, liberosque citrainiuram proximi honestè sustentare valeant, & à publico armorum usu antea non consueto, & pacis temporis non conuenienti desistant, & abstineant.

VII.

Vniuersæ exactiones, impositiones, cæteraque inusitata vexatilia, & onera præsentium turbarū occasione quomodolibet indicta, penitus cessent, & tollantur: Ita tamen, quod si quæ certorum onerum continuatio adhuc fore ex usu publico iudicabitur, simul atque per Ordines Statuum eiuscmodi quid demonstratum fuerit, Rex haud grauatim se Ordinum consilijs iuxta ac desiderio accomodabit.

VIII.

Præterea restaurabitur libertas Commerciorum, & transitus viarum locorum per urbes, pagos, pontes, portus earundem Prouinciarum

LXXVII.

rum non minus terra, quam mari, perque fluuios & flumina, prout
factitatum ante præsentes hosce tumultus. Nouis autem vctigali-
bus, & impositionibus absque Regis auctoritate eatenus per hos mo-
tus de facto institutis, incontinenti ceslaturis.

I X.

Et ne qua semina altercationum, aut querelarum relinquantur,
omnes tam Ecclesiasticæ personæ, quam Seculares, tam intraneæ,
quam extraneæ recuperabunt pacificè bona sua mobilia extantia, &
omnia immobilia, titulos, debita, & actiones: ijsque statim vti, ac frui
poterunt in eo nimirum statu, ac qualitate, quibus inpræsentiarum
illa ipsa reperientur: idque dolo omni, ac fraude semotis, non obstan-
te vlla hypothecatione, aut quavis alienatione facta in contrarium.
Et hoc tum in Burgundia, Luxenburgio, Hollandia, Zelandiaque;
tum etiam in aliis quibuslibet Prouinciis, ac locis non minus ad vti-
litatem Ecclesiasticorum quam Principis Auraici, ac aliorum deni-
que omnium.

X.

Similiter quoque Subditorum quilibet hinc inde etiam redintere
grabitur in suis honoribus, dignitatibus, beneficiis, Gubernaculis,
muneribus, functionibus, & officijs, plane ad instar prout ab exordio
horum motuum extiterit. Exceptis tantum iis, quibus contra liber-
tatem, iuraque, ac Priuilegia Patriæ de vlla functione prouisum fuisse
demonstrabitur. Prouiso tamen, quod eiusmodi spoliati denuo redi-
integradi, tenebuntur præstare iusiurandum, cuius in proximo se-
quenti articulo fit mentio. Prout facturi quoque ceteri ad nouas fun-
ctiones, & officia in posterum cooptandi, reuocando, cassando, &
annullando, quicquid hinc inde factum, decretumue fuerit in con-
trarium.

X I.

Nulli admittentur ad vlla Gubernacula Prouinciarum, Ciuita-
tum, Castrorum, & fortalitorū, Capitaneatus, aut Præfecturas mi-
litum, nec ad consilia rerum Status, priuatum, Financiarum, aliaque
officia maioris momenti præter naturales Patriæ; Qui etiam ante re-
ceptionem ultra antiqua, & consueta Iuramenta Regi tanquam eo-
rum Principi naturali præstari solita, solemniter iurabunt in hos arti-
culos, eosque promittent fideliter, sincereque seruare: sub pœna per-
iurij & tanquam tales puniendi.

X II.

Captiui vtriusque partis omnes, qui ob dictos tumultus adhuc
dum detinentur, statim & absque vlo pretio relaxabuntur. Nisi iam
antea de eo aliud inter eos fuerit conuentum, & concordatum.

X III.

comes Buranus suæ libertati, & Patriæ, quantocius fieri poterit,
restituetur. In difficultatibus quoque Principem Auraicum concer-

LXXVIII.

nentibus conciliandis, post pleniorē earum informationem, omnis diligentia adhibebitur.

XIII.

Decreta, dispositiones, & ordinationes per D. Archiducem Matthiam, suosque Collaterales, & Ordines Statuum à tempore ultimorum turbarum, nomine Regis emanatae, pro legitimis a validis habebuntur, suosque debitos sortientur effectus, quoad beneficia, dignitates, officia, aut alias quaspiam res, quæ solent esse potestatis ac dispositionis ordinariae illorū, qui tenent locum Gubernatoris dictarum Prouinciarum: non autem in ijs, quæ propriæ personæ Regis referuantur, aut si quæ factæ sint contra iura, Priuilegia, & immunitates patrias, tam in generali, quam in particulari, vel alioqui in ullius iniuriā seu detrimentum redundarint.

XIV.

Pariter etiam quarumlibet Vrbium, & aliorum locorum Magistratus, seu Officiati suis functionibus destituti, alia viâ, ac ratione, quam iuris legitime seruato, aut alias contra Priuilegia dictarum Vrbium, aut præter ordinarios, consuetosque modos cum primis restituentur, & redintegrabūt in dignitates, officiaque sua, nec non ad eorum creationem futuris temporibus procedetur, prout olim, & sicut ex iuribus, moribus, & Priuilegiis cuiusque Patriæ, Vrbis & loci decet, ne cui facta toleretur iniuria.

XV.

Auctoritas, & obedientia Regi a Subditis cum primis restituetur & seruabitur, qualis merito ituxa præscriptū Diuini & humani Iuris, nec non Priuilegia, vsus, & consuetudines patrias esse debet, qualisque olim seruata est, ut recte nimirum administretur iustitia, subditi regantur in omni ratione, æquitate, quiete, & obedientia id, que ad eam formam, modumque, quo factum est ab omni memoria tam defuncti Imperatoris Caroli Quinti, eiusque prædecessorum, quam etiam à Regis tempore usque ad harum turbarum initia, etiam cum obseruatione supradictorum tractatum, simul & præsentis. Si ne cuius auctoritatis instauratione, ac subditorum obedientia nequaquam possibile est, populum in unione, concordia, rectaque iustitia, quiete, ac tranquillitate manuteneri.

XVI.

Superest de Gubernaculis generalibus dictarū Prouinciarum; quarum occasione Rex eligit Principem de sanguine, qui, quem experientia pollens habeat dotes & qualitates ad eius generis arduum munus cum primis necessarias, & de quo seu qua Subditi iustitia, causam satisfactionis sint habituri. Gubernabit autem cū omni iustitia, & æquitate, præsertim vero secundum usus, Iura, consuetudines & priuilegia dictarum Prouinciarum, etiam comprehenso hoc præfatis reconciliationis Edicto, quod tenebitur promittere & iūfare. Ad

LXXIX.

XVIII.

Ad cuius quidem Gubernatoris generalis manus, citra vñteriorē hæsitationem, plane ac integrē tradentur omnes, & singulæ Ciuitates, Vrbes, fortalitia, & alia loca, quæ ab vna alteraue parte quo-cunque titulo aut prætextu modò tenentur, vnacum Patrimonio ad Règem pertinente, tormentisque bellicis, munitionibus, com-meatibus, armis, & nauibus: Ut nimirū ea loca, quæ ab omni memo-ria præsidium habuerunt consilij Regij Senatus, siue consilij Status naturalibus Belgii astrigendis iureiurando, quod vltra antiqua & consueta Iuramenta Regi, tanquam eorum Principi naturali, præsta-ri solita, hos articulos fideliter seruabunt, custodienda committat, ali-ásque de illis disponat: sicuti seruitio Regis simul, & commodis, ac se-curitati Prouinciarum magis expedire arbitrabitur, & aliás prout fie-ri decet, factumque fuit ante motus præsentes.

XIX.

Permittente nihilominus Rege (& quidem merè in huius recō-ciliationis gratiam) vt quod hactenus ex eius Patrimonio seu populi subsidiis desumptum & collectum fuit, id ita collectum, receptum-que maneat absque vñteriori persecutione, seu vexatione cuipiā mor-talium eatenus inferenda. Ita tamen, vt in posterum ab eiusmodi de-tentionibus, occupationibus & collectis desistatur.

XX.

Pacificatione Gandauensi, Vnione generali Statuum' secuta, et Edicto perpetuo Bruxellensi, supra ab initio positis saluis, Ordines Statuum renunciabunt aliis omnibus fœderibus, pactis, mutuisque sponsionibus, contractis occasione dictorum tumultuum, tam intra quam extra Prouincias.

XXI.

Comprehendentur hoc tractatu Regina Angliæ, et Dux Ande-gauensis.

De cæteris concorrentibus expeditionem, confirmationem, publicationem, perpetuamque, et firmam obseruationem huius pa-cificationis, postea agendum erit, cum omnia fuerint concordata, et conclusa.

I.

VAE concernunt religionem, quæ omnibus Principibus vere Christianis iure debet esse com-mendatissima, haud potest Rex vllatenus præ-te-rire, quin vestigiis Regum Catholicorum suo-rum Maiorum inhærendo, percipiatis, ac mandet in Prouinciis suis Patrimonialibus retineri, ser-uatique religionem Catholicam, Apostolicam, Romanam, ab omni æuo non solum ibidem receptam, verumetiam sub

LXXX.

Sub qua earundem Prouinciarum subditi olim tantopere floruerent, & in qua tam dictum Regem, quam cæteros sios prædecessores, olim Prouincijs inauguratos, & mediante solenni iureiurando in Princi-
pes supremos ac naturales receptos fuisse, notoriè constat. Quæ qui-
dem supradicta Religio, exclusa quavis alia, liberè, pacificè, & absque
villo impedimento vbiuis locorum, per vniuersas ditiones Belgicas.
posthac tradetur, & exercebitur: prout etiam Ordines iam antea se-
ipsos in Vnione generali prædicta mutuò, ac solenniter obligarunt,
& in Edicto quoque perpetuo, ac literis frequentibus Regi non mi-
nus post, quam ante turbas præsentes se passuros & procuraturos ad-
dixerunt; & sicut etiam iam pridē scripsere ad S. Maiest. Imperialem:
vsque adeò, quod absque graui nota, vt ne dicatur confusione, vni-
uersi status politici, haud possint in re tanti momenti proprijs scri-
ptis vlla ex parte contrauenire.

II.

*Kelijas bona a
punctis redens
et applofa*

Ijs verò, qui oriundi sunt ex prouincijs, quæ in præsenti tracta-
tione comprehendentur, in Religione Catholica Romana viuere
noluerint, Regius Mandatarius respiciens ad præsentem statum Bel-
gij concedet illi terminum quatuor annorum computandorum à
die publicationis præsentis tractatus: Infra quem terminum ab om-
ni coertione & molestia, occasione placitorum religionis sibi inferen-
da, exempti & immunes erunt. Nisi cum consilio Ordinum Belgij
legitimè ac debitè in loco tuto, vbi suffragia liberaesse queant, con-
gregandorum dictus terminus abbreviatus fuerit. Poteruntque ina-
terim de statu suo mature secum deliberare. Quo termino elapsio, ni-
si ad dictam Catholicam Romanam religionem redierint, omnino è
Belgij Prouincijs recedere, & aliò domicilium trâsferre ac viuere te-
neantur. Prouiso tamen, quod interea temporis eiusmodi subditi à
scandalis, ac rerum perturbatione studiosè abstineant. Quo casu et-
iam liberrimè fruentur omnibus suis bonis, tam mobilibus, quam
immobilibus, iuribus, actionibusque: & poterunt ea ipsa, qualiacun-
que fuerint, etiam aliò transferre, seu vendere, aut alienare, prout eis
videbitur. Imo & hoc amplius (si modò bona sua retinere malint)
etiam poterunt absentes ad eorundem bonorum regimen, admini-
strationem, & receptionem in Prouincijs sibi eligere Quæstores Ca-
tholicos, qualescunque volét. Ac prætereatoties, quoties voluerint,
ad Prouincias iteratò redire, viæturi tamen ritibus, ac moribus pristi-
nis, & vt personas Catholicas decet. Eritque huiuscmodi redditus ac
facultas bona administrandi per se cuilibet bona fide permisus, sta-
tim atque Pastoribus, Officiatis, ac Magistratibus locorum, ad quæ
redire cupient, talis intentio ac voluntas insinuata fuerit. Ex qua
quidem Regali indulgentia nulli non perquam manifestum reddi-
tur, quod Rex nihil minus, quam bonorum confiscationes, ruinam,
& perniciem suorum subditorum appetat: multo autem minus quod
rigore

LXXXI.

rigore superiorum Placitorum ipsos perstringere constituerit: cùm vel etiam paratissimus sit ea ipsa placita cum consilio Ordinum Statutus competenter temperare ac moderari.

Num. XXXVI.
REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GENEROsi, Nobiles, Sacrae Cæsareæ Maiestatis Commissarij.

Illustrissimus Dux Arschotanus, & nos reliqui Ordinum Legati perlegimus vtrosq; Articulos, quos Cels. & Dign. V. nudiustertius nobis exhibuerunt. Cur ita diuisi & separati sint, cùm à neutra parte diuidantur, rationem suam habere potest. Sed quantum ad commendationem eorū attinet, tantum abest, vt Ordines eos pro æquis habituri sint, vel vt æquos, prout putatur, obuijs vlnis recepturi, quin potius è contra metuamus, si illum effectum consequantur, eos non aliò, quā ad maiores perturbationes & mutationes seruituros.

De primo, quod vt æqui non recipientur, inde patet, quod in omnibus conueniant cum articulis à Duce de Terra noua exhibitis, sic vt nullum quasi medium à Cels. & Dign. V. propositum esse dici possit, sed de novo articuli Ducis de Terra noua repetiti sunt, ijdemque vestro assensu, & authoritate videtur approbari & confirmari. At isti articuli iam ante per Ordines improbati & recusati fuerunt, sicut ex literis eorum Cels. & Dign. V. cognouerunt.

De secundo, quod maiores perturbationes & mutationes exercitatur sint, in primis inde metuitur, quod contra, quā Ordines vnde quam cogitarūt, contra quam Dux de Terranoua ipse quibusdam extorris promisit, cōtra etiam quā Cels. & Dig. V. & publicē & priuatim tum Cæsareo & proprio homine aliquoties declararūt, se velle pacificatiōes priores sequi, nūc tamē in plerisq; illę infirmetur & aboleatur.

Deinde cuncta, quae per Ordines ad opt. formā Reip. constituentiam, ad communē tranquillitatem, & securitatem confirmandam, circa comitia, honores, dignitates & officia; item circa tributa, vectigalia, bona, munitiones, & iuramenta instituerunt & ordinarunt, ea omnia tanquam nulla & iniqua rejiciuntur.

Qui putat ad pacem illa collatura, vt quicunq; nūc regunt & præsident, remoueatur, homines alij Ordinibus nō grati, vel qui iam ante exosi & graues subditis fuerunt, in ipsorum locū sufficiantur, & restituātur. Deinde cætera illa publica ita tractari velit, tanquam ad Ordines nō pertineat, atq; solius Regis arbitrio cū suo cōsilio relinquatur, is nō videtur satis de præsenti statu rerum in Belgio informatus esse; vel præjudicio quodā anticipatæ & sinistræ opinionis impeditur.

L

Quam-

LXXXII.

Quamdiu Princeps, & Domini nostri naturales, vel eorum Gubernatores humanitate, benevolentia, & moderatione quadam cum obseruatione mediocris Iustitiae erga subditos usi sunt, tandem nec Ordines, nec priuati exactiorem & strictiorem rationem iurium & Priuilegiorum suorum, etiam si in multis laderentur, habere, et inire voluerant.

Sed posteaquam per Gubernatores et Consiliarios Regis iura, & Priuilegia sua prorsus inuerti, et auferri, noua iura introduci; item tributa noua, Vectigalia noua indici, constitui, publica officia vendi, eaque imperitissimis & vilissimis hominibus commendiari, iustitiam male & perperam ubique administrari viderunt, ibi Ordines non solum ad defendendos se & suos, arma aduersus illos suscipere, sed simul Iura & priuilegia sua maioris studiovrgere, & tueri, iuste & legitime induci & coacti sunt,

Quicunque nunc Ordines ad eam rem adiuuarunt, quicunque pro necessitate Reipub. ab ijs electi, & promoti sunt, item quicunque pro conseruatione Iustitiae & tranquillitatis Reipub. constituerunt, iustae defensionis suæ tempore, quo iure diuino & humano administratio Reipub. apud eos fuit, ea ut nulla vel iniqua negligere, et rejiceret, non potest non magnas confusiones et perturbationes, non solum apud unam partem, sed etiam apud utramque parere, vel saltem, si hic unus ex una parte alteri praeponatur, fieri non potest, quin in se mutuo comoueantur et insurgat. Cui facto per Cels. et Dign. V. non occasio et causa dari, sed ea omnibus modis praecaueri, et auerti debet.

Non est is status rerum nunc, in quo præcise vel officium Regis, vel subditorum considerari potest, nempe quod unus alteri præstare debeat, ad quod tam si attenderemus, firmiora argumeta pro ijs, que egerunt Ordines, inuenientur, quæ sunt ista, quibus alii acta ista refellere, et labefactare conantur, modo quis ad illam communem sententiam respicere velit, qua traditur Principes propter subditos creatos, et ordinatos esse, non subditos propter Principes.

Sed expedit eam moderationem huic negotio adhiberi, vt nec unus, nec alterius ius non nimis strictè requiratur; Sed ambo de iure suo aliquid remittant et concedant, donec mutua fides, mutua benevolētia per legitimam Gubernationem et obedientiam inter seren. Regē Catholicum, Principem, et Dominum nostrum naturalē, et nos subditos eius confirmata et stabilita fuerit. Hæc de politicis Articulis,

Quod attinet ad Articulos de Religione in primis mirati sumus, cur dictum nobis fuerit, Cels. et Dign. V. ultra nihil à Duce de Terra noua impetrare posse, quam quod ijs articulis continetur? Non enim media ab Excellentia ipsius, sed à Gæsa Maiest. et à Dign. V. eius Commissarijs mediatoribus et intercessoribus expectauimus: Imo multò magis mirati sumus, non ea media nobis à Celsitudi. Dignitatib. V. proposita esse, quæ ipse Dux de Terra noua quibusdam ex nostris obtu-

LXXXIII.

obtulit, et addixit, et quæ fere omnes Principes Catholici in suis ditio-
nibus piissimè et prudentissimè seruant: ne cui subdito in religione
graues sint, si ciuiliter et honeste secundum politicas leges inter con-
ciues et contristicos suos viuat, modo non author sit alterius exerci-
tii, vel in eo loco alio exercitio vti cupiat. Et adhuc controuersia est,
in Imperio, an, qui i sic viuit, expelli possit: Sed et magis, no n ægrè
etiam serunt, si illi subditi, qui sunt Augustanæ Confessionis, è suis
Vrbibus & Pagis singulis diebus festis exeant, & ad vicinam Vrbem,
& Pagum commineent, ibique Conclaves audiant, eaque quæ suæ sunt
religionis, cæremonias, & Sacra menta exerceant, vt non habeat quod
de exercitio conquerantur. Ad quod in hoc negotio similiter respi-
ciendum fuit, ne illi, qui sunt alterius religionis, exercitio prorsus de-
stituantur, cum sine illo conscientijs suis satisfacere nequeant.

Mirabilius autem nobis visum est, adhuc Placitorum in ijs Arti-
culis mentionem fieri, quibus ad religionem Regis subditi cogendi
sint, quasi non lati sanguinis propter religionem hactenus effusum
sit, quin debeat adhuc & in bello & in pace gladius in causa religionis
contra omnem pietatem, & iustitiam dominari.

Cum ergo ea, quæ diximus, in utrisque articulis ita se habeat, nec
vlo modo aliis euentus ex ijs, quam qui maiores turbas, & mutatio-
nes allaturus sit, expectari possit, rogamus Celsitud. & Dign. V. si quid
forte moderatius adhuc & melius pro pace & salute nostra habeant,
& proponere statuant, vt id nobis hodie vel saltem in diem crastinum
communicare velint. Agnoscamus quem honorem, & reuerentiam
Celsitud. & Dign. V. debeamus, vt minus honestum videatur, certum
tempus definire: sed necessitas publica, & officij nostri ratio postu-
lat, vt ex literis Ordinum iam ante cognouistis, ne diutius hoc nego-
tium extrahi patiamur. Neque etiam nunc animus nobis est, in ul-
lam vltiorem tractationem progredi, sed necesse putauimus, istud
adhuc querere & intelligere: Sin vero hi articuli vltima sit resolu-
tio, quibus Cels. & Dign. V. volunt & censemt Ordines contentos es-
se debere, id tribus verbis nobis significetis; vt, quod porro in Man-
datis habemus, perficiamus, & ad nostros redeamus. Actum Coloniæ
xij. Iulij, Anno 1579.

Num. XXXVII.

I.

Rrimo, Pacificatio Anno &c. 76. die 8. Nouemb: Dum articuli
Gandaui inita, & instituta; Vnio quoque Bruxel- missarum ppk
lensis 9. Ianuarij Anno &c. 77. subsecuta, Edictu-
m insuper perpetuum Bruxellis 17. Februarij An-
no eodem publicatum, vna cum approbatione
Regia, in omnibus suis punctis & articulis serua-
buntur, & executioni mandabuntur.

LXXXVII.

II.

Et quia præter ea, quæ à tempore primorum motuum accidērunt, post iam dictos tractatus pacificationis Gandauensis, Vnionis, & Edicti perpetui, vltro citroque varia facta, dicta, & admissa fuere, tam in generali, quam in particulari, hac præsenti quoque pacificatiōne non minus posteriorum istorum, factorum & dictorum, quam eorum, quæ antea contigerunt, perpetua obliuio constituantur: Ita vt eorum nulla amplius fiat mentio, exprobatio, aut inquisitio, quasiea nunquam accidissent: idque sub pœna exemplaris correctionis, subditis contrauenientibus, tanquam perturbatoribus tranquillitatis publicæ infligenda.

III.

Rex Catholicus vasallis, subditisque suis seruabit, manutenebit, & si opus videbitur, etiam denuo confirmabit omnia & singula iura, usus, consuetudines, immunitates, exemptiones & Priuilegia quarumlibet Prouinciarum, Ciuitatum, Oppidorum, Communitatū, aliorumque priuatorum omnium cum in genere, tum in specie, quemadmodum in Edicto perpetuo articulo 10. & cum Prouincijs Belgicis inaugurate extitit, promisit, & iurauit.

IV.

Omnis milites extranei, utpote Hispani, Itali, Germani, Galli, Burgundi, Angli, Scoti, ac cæteri omnes peregrini, qui propter hosce motus vtrinque accersiti sunt in Prouincijs Belgicis, ab hac pace promulgata intra terminum communi consensu constituendum, similexcent & eodem tempore.

V.

Quod vero attinet ad alios milites non extraneos, etiam ad pleniorem exonerationem afflictorum subditorum, mandabit Rex universum militem, tam terra, quam mari, eodem quoque tempore exauctorari & dimitti, vt nimirum deinceps sibi priuatim viuant in tranquillitate, ordinarijs tantum præsidijs retentis, ac sufficiatur. Ut subditi quoque Ciues, & Incolæ omnes citra cunctationem redant ad mercaturas, opificia, & negotia pacis, quibus se, vxores, liberosque citrainiuram proximi honeste sustentare valeant, & à publico armorum usu antea non consueto, & pacis temporis non conuenienti desistant, & abstineant.

VI.

Vniuersæ exactiones, impositiones, cæteraque inusitata vexatilia, & onera præsentiū turbarū occasione quomodolibet indicta, penitus cessabunt, & tollentur: Ita tamen, quod si quæ certorū onerum continuatio adhuc fore ex usu publico iudicabitur, simul atque per Ordines Statuum ciuscemodi quid demonstratum fuerit, Rex haud grauatum se Ordinum consilijs iuxta ac desiderio accomodabit.

Præ-

LXXXVIII.

VII.

Præterea restaurabitur libertas commerciorum & transitus vbi-
uis locorum, per Vrbes, pagos, pontes, portus earundem prouincia-
rum, non minusteria, quam mari, perque fluuios, & flumina, prout
factitatum fuit ante præsentes hosce tumultus: Nouis autem vecti-
galibus, atque impositionibus, absque Regis auctoritate eatenus per
hos motus de facto institutis, in continenti cessaturis.

VIII.

Et ne qua semina altercationum aut querelarum relinquantur
omnes Ecclesiastici, nec nō omnes Seculares, tam intranei, quam ex-
tranei, recuperabunt pacifice bona sua Secularia & Ecclesiastica, re-
spectiuè mobilia extantia, & omnia immobilia, titulos, debita, & acti-
ones: ijsque statim uti, ac frui poterunt, in eo nimis statu ac qua-
litate, quibus in præsentiarum illa ipsa reperientur: Idque omni dolo
ac fraude semotis, Non obstante vlla hypothecatione, aut quavis aliena-
tione à tempore Pacificationis Gandauensis facta in contrarium.
Quæ vero ante pacificationem Gandauensem acciderunt, eiusdem
dispositioni relinquuntur.

IX.

Similiter quoque subditorum quilibet hinc inde etiam redinte-
grabitur in suis honoribus, dignitatibus, beneficijs, gubernaculis,
muneribus, functionibus, & officijs, planè ad instar prout tempore
Edicti perpetui (illis, quæ ante Edictum contigere, eiusdem dispositi-
oni relictis) extiterit. Exceptis tantum iis, quibus contra libertatem,
iuraque ac Priuilegia Patriæ, de vlla functione prospectum fuisse de-
monstrabitur. Prouiso tamen, quod eiusmodi spoliati denuo red-
integrandi, tenebuntur præstare iusurandum, cuius in proximo se-
quenti articulo fit mentio, prout facturi quoque sunt cæteri, ad no-
vas functiones, et officia in posterū cooptandi. Reuocando, cassando,
& annullando quicquid hinc inde factum, decretum, pronūciatum-
ue fuerit in contrarium.

X.

Nulli admittentur ad vlla gubernacula prouinciarum, Ciuita-
tum, Castrorum, & fortalitorum, Capitanatus, aut Præfecturas mi-
litum, nec ad consiliariorum Status, priuatum, financierum, aliaque
officia maioris momenti, præter naturales harum prouinciarum
sub gubernaculis generalibus comprehensarum. Qui etiam ante re-
ceptionem, ultra antiqua & consueta iuramenta, Regi tanquam eorū
Principi naturali præstari solita, in hos articulos Regi & Ordinibus
solemniter iurabunt, eosque promittent fideliter, sincerèque serua-
re, sub poena periurii & tanquam tales puniendi,

XI.

Captiui utriusque partis omnes, qui ob dictos tumultus ad huc-
dum detinentur, statim & absque ullo pretio relaxabuntur: nisi iam

LXXXVI.

antea de eo aliud inter eos fuerit conuentum et concordatum.

XII.

Comes Buranus suæ libertati et Patriæ intra tres Menses, postquam Princeps Auroraicus ea, quæ cum ipso tractabuntur, impleuerit, restituetur.

XIII.

Decreta, dispositiones, & ordinationes per D. Archiducem Matthiam, suoque Collaterales, & Ordines Statuum à tempore ultimorum turbarum, nomine Regis emanatae, pro legitimis ac validis habebuntur, suoque debitos sortientur effectus, quoad beneficia, dignitates, officia, aut alias quaspiam res, quæ solent esse potestatis ac dispositionis ordinariæ illorū, qui tenent locum Gubernatoris dictarum Prouinciarum: non autem in ijs, quæ propriæ personæ Regis referuantur, aut si quæ factæ sunt contra iura, Priuilegia, & immunitates patrias, tam in generali, quam in particulari, vel alioqui in vilius iniuriā seu detrimentum redundarint.

XIV.

Pariter etiam quarumlibet Vrbium, & aliorum locorum Magistratus, seu Officiati suis functionibus destituti, alia via, ac ratione, quā iuris ordine legitime seruato, aut alias contra Priuilegia dictarū Vrbiū, aut præter ordinarios, consuetosque modos cum primis restituēntur, & redintegrabūt in dignitates, officiaque sua, nec non ad eorum creationem futuris temporibus procedetur, prout olim, & si decet, ne cui facta toleretur iniuria.

XV.

Auctoritas, & obedientia Regi a Subditis cum primis restituetur & seruabitur, qualis merito iuxta præscriptū Diuini & humani Iuris, nec non Priuilegia, vsus, & consuetudines patrias nec non pacificationem Gandensem, Vnionemque subsecutam, Edictum perpetuum, et præsentem Tractatum esse debet, qualisque olim seruata est, vt recte nimis administretur iustitia, subditi regantur in omni ratione, æquitate, quiete, & obedientia id, que ad eam formam, modumque, quo factum est ab omni memoria tam defuncti Imperatoris Caroli Quinti, eiusque prædecessorum, quam etiam à Regis tempore usque ad harum turbarum initia. Si ne cuius auctoratis instauratione, ac subditorum obedientia nequaquam possibile est, populum in vniione, concordia, rectaque iustitia, quiete, ac tranquillitate manuteneri.

XVI.

Supereft de Gubernaculis dictarum Prouinciarum; quārum occasione Rex eligit Principem de sanguine, qui, quæuererum experientia pollens habeat dotes & qualitates ad eius generis arduum munus cum primis necessarias, & de quo, seu qua Subditi iustitia cau-

LXXXVII.

satisfactionis sint habituri. Gubernabit autem cum omni iustitia, & æquitate, præsertim vero secundum usus, Iura, consuetudines & priuilegia dictarum Prouinciarum, etiam comprehensis Pacificationibus supradictis, et hoc præsentis reconciliationis Edicto, quod tenetur promittere & iurare.

XVII.

Ad cuius quidem Gubernatoris generalis manus, citra ulteriore rem hæsitationem, plane ac integrè tradentur omnes, & singulæ Cittates, Vrbes, forta litia, & alia loca, quæ ab una alteraue parte quocunque titulo aut prætextu modo tenentur, unacum Patrimonio ad Regem pertinente, tormentisque bellicis, munitionibus, com meatibus, armis, & nauibus: Ut nimirū ea loca, quæ ab omni memoria præsidium habuerunt consilio consilij Status naturalibus Belgicis astringendis iure iurando, quo ultra antiqua & consueta Iuramenta Regi, tanquam eorum Principi naturali, præstari solita, his articulis seruandis Regi, & ordinibus sese obligabunt, custodienda committat, alijsque de illis disponat: sicuti seruitio Regis simul, & commodis, ac securitati Prouinciarum magis expedire arbitrabitur, & alijs prout fieri decet, factumque fuit ante motus præsentes.

XVIII.

Permittente nihilominus Rege (& quidem merè in huius recōciliationis gratiam) ut quod hactenus ex eius Patrimonio seu populi subsidiis desumptum & collectum fuit, id ita collectum, receptum que maneat absque ulteriori persecutione, seu vexatione cuipiā mortaliū eatenus inferenda. Ita tamen, ut in posterum ab eiusmodi detentionibus, occupationibus & collectis desistatur.

XIX.

Pacificatione Gandauensi, Unione generali Statuum secuta, et Edicto perpetuo Bruxellensi, supra ab initio positis saluis, Ordines Statuum renunciabunt aliis omnibus fœderibus, pactis, mutuisque sponsionibus, contractis occasione dictorum tumultuum, tam intra quam extra Prouincias.

XX.

Comprehendentur hoc tractatu Regina Angliæ, et Dux Andegauensis.

De cæteris concernentibus expeditionem, confirmationem, publicationem, perpetuamque, et firmam obseruationem huius pacificationis, postea agendum erit, cum omnia fuerint concordata, et conclusa.

QVAE

LXXXVIII.

Num. XXXVIII.

I.



VAE concernunt religionem, quæ omnibus Principibus vere Christianis iure debet esse commendatissima, haud potest Rex ullatenus prærire, quin vestigiis Regum Catholicorum suorum Maiorum inhærendo, percipiatur, ac mandet in Prouinciis suis Patrimonialibus retineri, seruarique religionem Catholicam, Apostolicam, Romanam, ab omni æuo non solum ibidem receptam, verum etiam sub qua earundem Prouinciarum subditi olim tantopere floruerent, & in qua tam dictum Regem, quam cæteros suos prædecessores, olim Prouincijs inauguatos, mediante solenni iureiurando in Principes suos naturales receptos fuisse, notoriè constat. Quæ quidem supradicta Religio, exclusa quavis alia, liberè, pacificè, & absque ullo impedimento perprouincias Belgicas posthac tradetur, & exercebitur: prout Ordines etiam iam antea in Vnione generali seipso mutuò, ac solenniter obligarunt, & in Edicto quoque perpetuo, ac literis frequenter Regi non minus post, quam ante turbas præsentes se passuros & procuraturos addixerunt; & sicut etiam iam pridem scripsere ad S. Maiest. Imperialem, usque adeò, quod absque graui nota, ut non dicatur confusione vniuersi status politici, haud possint in re tanti momenti proprijs scriptis vlla ex parte contrauenire.

Quod verò ad Hollandiam, Zeelandiam, & oppidum Bommel attinet, dispositioni Pacificationis Gandavensis relinquitur: Ita tamen, quod interea temporis in ijs Ciuitatibus, ac locis dictarum Prouinciarum Religio Catholica Romana restituetur, in quibus tempore dicti tractatus ibidem exercebatur.

II.

Subditis, qui in reliquis Prouincijs Belgicis in hac tractatione comprehensis, à Catholica Romana Religione recesserunt, Rex Catholicus ad præsentem Belgij statum respiciens, per Regium suum Commissarium cōcedit, ut liceat ijs in Prouincijs istis sine aliqua coercitione, aut molestia, occasione placitorum religionis eousq; suspendendorum, degere & manere, donec cum consilio Ordinum, legitimè ac debitè in loco tuto, ubi suffragia libera esse queant, per Regem, seu eius Gubernatorem Generalem congregandorum aliter dispositum fuerit super placitorum moderatione. Prouiso tamen, quod interea temporis eiusmodi subditi à scandalis, ac rerum perturbatione, ac omnibus & exercitio alterius, quam Catholicæ Romanæ religionis prorsus abstineant. Et interim etiam liberrimè fruentur omnibus suis bonis, tam mobilibus, quam immobilibus, iuribus, actionibusque: & poterunt ea ipsa, qualiacunque fuerint, etiam aliò transferre, seu vendere, aut alienare, prout eis videbitur. Et quatenus sua bo-

LXXXIX.

na retinere malint, poterunt etiam absentes ad eorundem bonorum regimen, administrationem, & receptionem in Prouincijs sibi eligere Quæstores Catholicos, quoscumque volent. Præterea toties, quoties voluerint, ad Prouincias iteratò redire, viæturi tamen Catholicè, ijsq; tribus, ac moribus, quos personas Catholicas decet. Eritque huiusmodi redditus ac facultas bona administrandi per se cuilibet bona fide permisus, statim atque Pastoribus, Officiatis, ac Magistratibus locorum, ad quæ redire cupiant, talis intentio ac voluntas insinuata fuit. Ex qua quidem Regali indulgentia nulli non perquam manifestum redditur, quod Rex nihil minus, quam bonorum confiscationes, ruinam, & perniciem suorum subditorum appetat: nec etiā quod rigore superiorum Placitorum ipsos perstringere constituerit: Cùm paratissimus quoque sit ea ipsa Placita cum cōsilio Ordinum Statuum competenter temperare, ac moderari, omniaque facere, quæ ad Dei Opt. Max. cultum, Prouinciarumq; quietem, & tranquillitatem pertinent, ac benignum, amantissimum, Christianumq; Principem decet.

Num. XXXIX.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI,

Generosi, Nobiles, Sac. Cæs. Maiest.

Commissarij.

Illustrissimus Dux Arschottanus, & nos reliqui Ordinum Legati, legimus & cōsiderauimus Articulos, qui hodie manè nobis exhibiti sunt, & quia inuenimus eos proprius ad mentem & intentionē Ordinū accedere, volumus in primis Cels. & Dig. V. quam maximas gratias agere, pro fauore, operatione, & labore, quē Ordinibus, & nobis amicè, gratiant. Sed cū Cels. & Dign. V. non ignorent, etiam si nos Articulis ijs contenti esse vellemus, virtute tamē Mandati nostri amplecti nos eos non posse: Sed esse multos alios, quibus non minus illi, quam nobis persuasi & probati esse debent. Ad eam rem nihil magis expedire arbitramur, quam ut quamprimum non solum apud Ordines Generales: sed etiam apud Status singularum Prouinciarum super ijs de liberetur. In eum finem secundum Prouincias, quarum nomine hic comparuimus, aliquos ex nostris deputare proposuimus, qui fideli ter hoc, quod supra diximus, exequantur. Sed cū singulæ Prouinciae, & præsertim illæ, quarum Mandato hic agimus, in singulos dies irruptionem Hispanorum expectent, fieri id commode ad utilitatem, & desiderium nostrum non potest, nisi tamdiu requies illis, & cessatio ab armis concedatur. Quæ res etiam, si rectè consideretur, & sincerè inter Serenissimum Regem, & Catholicum Principem &

M

Domi-

X C.

Dominum nostrum naturalem, & Ordines reconciliatio, & pax que-
ratur, de ea Cels. et Dig. V. tum etiam Illustris. Dux de Terra noua no-
possunt aliter iudicare. Quapropter, ut Cels. et Dign. V. principium
nunc Pacis ineundæ iacere incœperunt, rogamus porrò, ut eodem
affectu et amore perficere eam studeant: et dum in hoc cum Ordini-
bus Generalibus, et Particularibus incumbere ex toto animo propo-
suimus, quod pium, iustum, et æquum esse putamus, hoc agere velint,
ut saltem ad duos menses cessatio ab armis indicetur. Ad quod etiam
personam Cœl. Maiest. quæ auxtrix et conciliatrix huius Pacis est, tum
etiam personas vestras, quæ Ecclesiasticæ sunt, et maximè personas,
inter quas hoc bellum geritur, attendi cupimus, quibus omnibus ni-
hil minus conuenit, quam arma pati dominari, ubi seriò de pace 2.
agitur.

Hæc synceris animis Illustris. Dux, & reliqui Ordinum Legati,
Cels. & Dign. V. proposita voluimus: Nec dubitamus, quin Ordini-
bus ista grata futura sint. Imo nisi ita fiat, adhuc dicere necessitas nos
cogit, metuere nos in isto armorum horrore, & armorum perturba-
tione nihil pacificum, & frugiferum usquam actum & conclusum iri.
Dicatum & exhibitum Coloniae 8. Iulij, Anno etc. 79.

Num. XL.

SACRAE CAES. MAIEST. AD NEGOTIVM *Pacificationis Belgicæ deputati Commissarij.*

*Illustres, Reuerendi, Generosi, Nobiles, Prudentes, &
Circumspecti.*

*Commissarij
et hor scripti*



Vemadmodum vbique gentium percrebuit qui-
bus, quantisq; calamitatibus, & afflictionibus Pa-
tria vesta aliquot annis iactata, concussa, & va-
stata fuerit, ita nemini obscurum esse potest,
quam vero paterno affectu & studio Sacra Cœla-
rea Majestas huius adeo calamitosi et diuturni, in
vestris visceribus ardentis belli faces extinguere
hactenus tentauerit. Cumque sua Maiestas inter cætera remedia,
quibus Patriam vestram, ab hoc flagranti incendio liberatam, pristi-
no splendori, Legibus atq; institutis Patrijs restituere conata est, no-
bis grauissimum onus et curam eius rei perficiendæ imposuerit, om-
nino duximus nostri esse officij, quantum in nobis esset, tantis malis
maturè occurtere: ac proinde ante quatuor integros menses, sepositis
nostris, nostrorumq; subditorū negotijs, nos huc cōtulimus, eoq; af-
fectu, quo et Regi Catholico, et vobis, et toti Imperio, ac Reipublicæ
Christianæ ex animo benè volumus, nec laboribus, nec molestijs, nec
sumptibus pepercimus, nihilq; prætermisimus, quod ad Pacē concia-
lianæ

XCI.

liandam necessarium, vel vtile esse arbitrati sumus. Quanquam atq[ue] tem Legatos vestros non tantum in initio huius actionis aliquandiu expectauimus: sed & deinde illos, cum minus sufficienti, & ad sex hebdomadas restricto Mandato comparentes s[ecundu]m p[ro]p[ter]issimè adhortati sumus, ut plenius Mandatum, & temporis prorogationem procura rent, eoqu[ue] nomine etiam ad vos scripsimus, & certò nobis persuasi mus, in vobis moram nullam futuram: tamen præter spem & ex p[er]estationem nostram nec ad literas nostras responsum à vobis accedimus, nec Legatis vestris sufficientius Mandatum transmitsum, nec temporis prorogatio facta, nec interim ab innovationibus & mutationibus Pacis conciliationem difficultorem reddentibus in Belgio cessatum est. Quæ res causam non iniustam nobistribuere potuisse, spem omnem Pacis constituendæ protinus deponendi, & ad cuitandos inutiles sumptus, & molestias hinc discedendi, nisi & Cæsareæ Maiestatis Mandatum, & pietas Christiana erga subditos Belgij, qui diuturnis intestinis bellis miserè atteruntur, nos hic detinuissest, et ad tractationem hanc continuandam commouisset. In qua eò tandem progressum est, ut in politicis negotijs huiuscmodi media proposuerimus, et à Regis Mandatario Duce de Terranova c[on]tinuerimus, quæ nemo non iustissima, et ad tollendas omnes hactenus alle gatas sumptorum armorum causas commodissima censere potest, nisi quis adeo diuini & humani iuris, & promissionis per Ordines, & subditos tam sanctæ, totiesque iteratæ, immemor esse velit: ut obedienciam, & autoritatem, ad retinendam Reip[ublic]æ tranquillitatem, modis omnibus necessariam, Regi prorsus denegandam & auferendam esse arbitretur. In negotio quoque Religionis ipse Regius Mandatarius, nomine Regis, vltro non minus, sed potius plus, quam in Pacificatione Gaudensi, Vnione secuta, et Edicto Bruxellensi conuentum, frequentioribusque tam ad Sacram Cæs. Maiestatem, quam ad Regem Catholicum, et alios Principes litteris promissum, totiesque iuratum fuit, subditis concessit. Quod cum ita sit, et per horum mediorum acceptationem omnes politicæ controversiæ, propter quas grauissimum hoc bellum inchoatum es se allegatum fuit, planè cessaturæ sint. Insuper etiam in negotio Religionis Regi vi et armis plus extorquere velle, quam prioribus iuratis Pacificationibus, promissionibusque consentaneum est, ac Regius Mandatarius vltro permisit, nec æquum, nec necessarium fit, et ipsa patriæ vestræ calamitas omnino postulet: vt difficilissimè, et sine vlla mora succurratur. Miramur non immetit, quamobrem ad huiusmodi media ante tres hebdomadas vestris Legatis porrecta, et per eosdem tunc temporis vobis proculdubio transmissa, hactenus nihil responsi acceperimus. Cumque nostra, et Subditorum nostroru[n] negocia, solius huius tractationis causa per

XCI.

tot mēles seposita, et suspensa, plane nō admittant, vt hicdiutius fru-
stra nos detineri patiamur, facere non potuimus, quin denuo media
proposita vobis transmittenremus, et nomine Sac. Cæs. Maiest. vestrū
responsum exigeremus. Diligēter igitur, et sedulo vos adhortamur,
vt quam primum ad media his literis nostris adiūcta, tale responsum
nobis transmittatis; vt et Cæs. Maiest. et omnes Imperii Status, et nos
ex eo certò deprehendere, et intelligere possimus, vos malle soperitis
odiis, armisque sublatis in pace tutò viuere, quam funesti et calamito-
si huius belli in commoditatibus, et periculis diutius agitari. Ad quā
pacem mature, et solidè conficiendam, et corroborandam necessari-
um erit, vt Legatis vestris vna cum dicto responso sufficiens quoque
Mandatum mittatis. Quod si feceritis, vt i facturos confidimus, vobis
ipsis et Patriæ vestræ officium optimum, et planè necessarium, vobis
bitis. Deus optimus Maximus vos diu seruet incolumes, et ad pacem
oblatam obuiis vlnis amplectendam flectet, et inclinet. Datum Co-
loniæ quinta Augusti. Anno &c. lxxix.

Num. XL.

SACRAE CAES. MAIEST. AD NEGOTIVM pacificationis Belgicæ deputati Commissarij.

Reuerendi, Generosi, Nobiles, Spectabiles, &
Prudentes.



VID hactenus ex Sacra Cæs. Maiestatis Mandato
tq ad partiam vestram ex diurni et calamitosi
belli incendio eripiendam, & liberadam, cum Re-
gis Catholici, Principis vestrinaturalis, Mandata-
rio Duce de Terra noua, & Legatis Ordinum Bel-
gij egerimus, & quæ pacis media proposita sint,
per eorundem Ordinum Legatos, vel Deputatos
Antuerpiæ congregatos vobis significatum esse non dubitamus. Et
licet superfluum fortè videri posset eo nomine ad vos, aliarumque
Prouinciarum Belgicarum Particulares Status literas dare; cum ta-
men à Sacra Cæs. Maiestate nobis mandatum, nostrique officij sit, vt
quacunque ratione hoc Pacificationis negotium promoueamus, &
ab Ordinum Deputatis Antuerpiæ congregatis, nec ad priores no-
stras literas, nec ad media pacis ante aliquot hebdomadas proposita,
responsum hactenus acceperimus, & nostræ, ac Subditorum nostro-
rum causæ hactenus sepositæ, & suspensæ, ac tantum non neglectæ
non admittant, vt nos hic diutius frustra detineri patiamur, facere nō
potuimus, quin & vobis, & aliarum Prouinciarum Belgicarum Par-
ticularibus Statibus, posteriorum literarum nostrarum ad Ordines
scriptarum, & mediorum propositorum Copias transmittenremus.
Certè enim nobis persuademus, vestram promotionem apud Ordini-

XCIII.

num Deputatos Antuerpiæ existentes tantum ponderis & momenti
habitaram, vt eo maturius & celerius ab ijsdem responsum accepturi
simus. Diligenter igitur & sedulo vos adhortamur, vt ea cura & dili-
gentia, quam res tantimomenti, & totius Patriæ vestræ salus exigit,
negotium hoc perpendatis, simulque cogitatis bellum hoc siue tra-
hatur, siue impetu breviori finiatur, in eam tadem necessitatem Pro-
uincias facile adducere posse, vt ad difficultorem multo, quam nunc
offertur, pacem compellatur, atque tanto magis apud Deputatos Or-
dinum Antuerpiæ congregatos ea, qua oportet, dexteritate negotiū
hoc vestrum promoueatis, & sollicitetis: vt quamprimum ad media
his adiuncta, paci & tranquillitati, ac quieti Patriæ vestræ conueniens
responsum, & Legatis suis, & vestris hic existentibus sufficiens Man-
datum transmittatur. Ut ita Dei omnipotentis ope pax vobis, & Pa-
triæ vestræ restitui, & funesti ac calamitosi bellifax extingui possit.
Neque ab eo proposito alicuius diffidentiae opinione, si quæ forte ab
aliquibus felicitati vestræ minus fauentibus vobis suggeratur, vos
abduci patiamini, cum Regis Catholici animum ad pacem non solum
faciendam, sed & seruandam, & continuandam ita omnino affectum
sciamus, vt non dubitemus, Imperatoria maxime intercedente au-
thoritate, quin ea sic muniri possit, ne quicquam periculi in posterū
vniquam vobis vniuersis, & singulis sit metuendum, vel expectandum.
Deus Opt. Max. vos seruet incolumes, vobisque pacem iamdiu exop-
tam concedat. Datum Coloniæ die 5. Augusti Anno. 1579.

Ad Prouincias particulares & Ciuitates.

Num. XLII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GE-

neroſi, Nobiles, Sacre Cæſarie Maiestatis

Commissarij.



Llustrissimus Dux Arschotanus & nos reliqui
Ordinum Legati iudiciorum literas ab Ordini-
nibus accepimus, quibus primum nobis signifi-
cāt, se Articulos, quos Cels. & Dign. V. nobis ex-
hibuerunt, ad singulas Prouincias transmissem;
vt super ijs iudicium, et voluntatem earum cog-
noscant;

Secundo, posteaquam petitionem nostrām, quam eodem die,
quo Articuli exhibiti sunt, de Induciis fecimus, æquam et necessari-
am prorsus inueniant, requirunt à nobis, vt vrgere eas non desista-
mus. Non dum enim literæ nostræ, quibus indicauimus illas denega-
tas esse, ad eos tum peruererant:

Nihilominus Illustrissimus Dux, et nos excitati istis literis se-
mel adhuc toties propositam de Induciis petitionem renouare vo-
lent

XCIII.

Iuimus; Idque ex hac ratione maxime, quod Ordines nobis signifcent permouendis, & conciliandis subditorum animis, qua re principium ad Pacificationem ponitur, nihil adeo seruiturum, quam si illæ in præfentiad tempus aliquod indicantur. Ita etiam non ignorant Cels. & Dign. V. Inducias per se in mansuetudinis officijs includi, easque sæpe non paruas tantum iras, sed & magnas atque difficiles restinxisse, & benevolentiam facile conciliare.

Quinimo considerata persona Ser. Regis erga subditos suos, quorum obedientiam & amorem maiores eius, & Maiestas illius ipsa met inaugurationis tempore, & post quam Maximum cognouit & experta est, qui nunc multis annis communiter ab exercitu Hispano vexati, direpti & oppresi sunt, his aliquot hebdomadarum Inducias in eum finem petitas, ut secure & quietè super Pacis conditionibus conuenire, & deliberare possint, denegare, non putant possibile esse, modò ex parte Regis sincere recōciliatio, & pax, et non potius media ad prorsus perdendos et subiugandos ipsos querantur.

Quid multis? nec nostacere possumus, iam ab initio nobis duram visam fuisse induciarum recusationem, et durior adhuc ea vīsa est, quæ postremo facta est: nec dubitamus, quin etiam Sacræ Cæsareæ Maiest. displicebit, multoque adhuc magis Celsi. et Dign. V. propter personas, quas sustinent, displicere. Cui hoc solum, nunc addere volimus, ex Mandato Ordinum, nisi illæ concedantur, quæ alioquin Pacem præcedere, & adeam viam præparare solent, metuere ipsos, omnem cogitationem Subditos de pace abiecturos: quod & ante indicauimus; Cum è contra Inducijis concessis spem nouæ benevolentie concipient, animisque à bellicis curis & timoribus nonihil libertatis, simul inter se ea solum, quæ ad pacem facere poterunt, sine dubio deliberaturi, & sciscituri sint.

Conditiones Induciarum iam ante quoque exposuimus, ex ijsdem literis repetuntur, nimirum, quam diu illæ durant, vna & altera pars se contineat in locis, Ciuitatibus, & munitionibus, quæ occupauit, & detinet, & vt vtrique ad ea liberè meare, & remeare, in ijs agere, & conuersari liceat, communicatione vnius partis cum altera penitus interdicta.

Gratiissimi Domini, hæc est Ordinum seria adhuc de Inducijis petitio ex rationibus, quas supra diximus. Eas rationes & pro vestra prudentia perpendatis, & vna cum Duce de Terranoua communicatis, eiusque Excel. ad locum petitioni illi dandum indicatis, Illustrissimus Dux Arschotanus, & nos Ordinū Legati obnixissime petimus.

Vltimo Celsi. & Dign. V. laterenon volumus, et si generales Ordines non expresse terminum nobis prorogauerint, tamen sicut ante, ita et nunc iusserunt nobis hic subsistere, donec responsum super Articulis Pacificationis ab ipsis accipiamus. Actum Coloniae 9. Augusti, Anno 1579.

REVE-

XCV.

Num. XLIII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI QVE

DD. Electores, Principesque Generosi, Nobilesq; Domini, Cæf.

Maiest. Delegati longe dignissimi.



D'ea, quæ circa Inducias, armorumque suspensionem ab amplissimo vestro confessu, iam aliquoties ad requisitionem Ordinum Belgij Legatorum proposita fuere, Dux de Terra noua Regius Mandatarius nihil tam ex animo desiderans, quam ea] omnia, quæ ad veram solidamque pacem ineundam quomodo spectare dignoscuntur, re ipsa promouere, breuiter respōdenda duxit ea, quæ sequuntur.

Principio, quod sicut armorum suspensio primus gradus esse prætenditur ad Pacis serenitatem consequendam, ita declarat, quod etiam ab ipsomet exordio presentis negotiationis in eam semper fuit propensissimus: vt nec dubium, quod sponte illam concessurus fuerat, si modo rerum publicarum status, ac dispositio tunc temporis p̄ se tulissent. Quod de pace tandem subsecutura, si non plane certam, saltem verisimilem spem tunc iustè concipere potuisset. Nec dubitare quisquam debet, quin impræsentiarum adhuc eadem illi mens sit ac voluntas casu, quo spes aliqua vberior, quam ha-ctenus, etiam nunc affulgere inciperet.

Cæterum cum Status Belgij neque in hunc usque diem suis huc destinatis de sufficienti Mandato, etiam ad frequentiora Dominorum Commissariorum monita prospexerint, ita ut propter hanc & alias causas, nec hoc quidem tempore vlla spes adhucdum fese ostendat omnino, ne quidem post transmissos Articulos Pacis, iam diu per Belgium satis superque latè diuulgatos, non potest non sibi persuasum habere, eius rei præcipuum impedimentum prouenire à militibus præsidiarijs libertatem suffragiorum Ciuium & Incolarum haud dubie prohibentibus.

Quocirca ad Pacis negotium oportune iam præparandum nihil tam necessarium videtur, quam Ciuitates obtrusis, vel sinistris persuasionibus inuectis præsidijs citra moram exonerare, ipsosque Ciues & Incolas suæ libertati permittere: vt nimirum seposito omni metu, horroreque belli possent de salute propria, atque adeo etiam tranquillitate publica verum animi sui sensum aperte dicere, & explicitare.

Porrò, vt ne qua excusatio retorqueatur, quasi videlicet dictæ Ciuitates milite præsidiario egeant, ad tutelam sui contra exercitum Regium: Paratus erit Regius Mandatarius eo casu in postulatam armorum suspensionem sub conditionibus, ac secundis ritatis

XCVI.

ritatibus communi partium consensu statuendis consentire, dummodo tamen interea temporis abstineant à noua collectionemilitum, simule et coactione Subditorum ad nouas Vniones huic presenti reconciliationi, ac tranquillitati publicæ contrarias: prout etiam ex parte Regis idem cauebitur et præstabitur. Quæ quidem res tam æqua et iusta videtur, quod citra tergiuersationem recusari nequeat.
Datum Coloniæ 24. Augusti, Anno 1579.

Num. XLIII.

SACRAE CAES. MAIEST. AD NEGOTIVM *Pacificationis Belgici deputati Commissarij.*



Emini obscurum esse arbitramur, quāto studio, quantisq; molestijs, & laboribus hoc onus Belgicæ Pacificationis à Sac. Cæs. Maiest. nobis impositum hucusque prosecuti fuerimus; Neq; à quo quam in malam partem accipi, vel posse, vel deberē, si longiori vestra, cæterarumq; Prouinciarum & Ciuitatum, ad quas iamdudum Articuli Pacificationis omnium iudicio tam æqui & tolerabiles decima octaua Iulij à nobis Legatis Ordinum exhibiti, vobis proculdubio communicati, postremo verò à nobis sub Dato quinta huius denuo transmissi, protracta mora cum magno nostro, nostrorumque incommodo frustra hic tempus terere, non leui afficiamur tædio.

Quamobrem vos iterum hisce nostris literis monere voluimus, prout monemus, & hortamur, vt hanc optimam vestræ salutis, Reip, quoque vestræ, tranquillitatis, & pacis perpetuæ stabiliendæ occasionem verè vobis cordi esse, & nec ullo vel diffidentiæ, vel sinistræ alicuius persuasionis affectu mentes & animos vestros ita fascinari, vel obnubilari patiamini, quo præsentem vobis vltro oblatam, tamq; plausibilem & iucundam quietis & felicitatis vestræ opportunitatem vobis præripi permittatis.

Et quia veremur, ne frequetiores illæ Antwerpenses turbæ impedimento sint, & in futurum esse possint, quo minus res hęc tam ardua debita celeritate expediatur, ob id vos seriò hortandos duximus, quod vltiore quavis mora remota etiam nobis huc Coloniam cuiuslibet alterius Prouinciæ, vel Ciuitatis, longiori protelatione non attenta, super ante memoratis vobis transmissis Pacificationis Articulis vestram resolutionem & sententiam, vti speramus, huic negotiatio conuenientem in forma authentica quamprimum, aut saltem intra spaciū trium septimanarum à Datis presentium computanda. renunciari curetis. Hoc ipso facietis rem in primis vobis, vestræ que patriæ salutarem, Cæs. Maiest, & nobis gratam. Datum Coloniæ 29. Augusti Anno 1579.

EX-

XCVII.

Num. XLV.

EXTRAICT DE CERTAINES LETTRES DES Estatz generaux du pays bas, aux Seigneurs Deputez estant a Couloigne. Datez d'Anvers le xxvij. d'Aougst 1579.

Mesieurs, Nous auons receu les vostres, tant du iij. que de le xi. de ces mois, par lesquelles ayans entendu, que les treues par vous demandees de nostre part vous sont refusees, n'en pouuons si non auoir vng grandissime regret et mescontentement, attendu que lesdicts treues eussent donne moyen de plus aisement paruenir a la paix. Et que par le refus d'icelles laigreur de pieca conceue aux espritz des inhabitans du pays bas, par la continuation de la guerre, ne se pourra aucunement assopir, deu que ceste denegation semble assez ouertement demonstrez, qu'on ne procede en ce traicté de paix de bonne foy, ou a bon escient. Et que sa Maiesté d'Espaigne, est peu affectionnée au bien, repos & tranquillité de ces pays. Neantemoins pour nostre decharge devant tout le monde, Ayant faict lenuoy des poincts & artis concernans ladicté paix, nous sommes icy r'attendans la resolution des Provinces particulières.

Num. XLVI.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI,

Generosi, Nobiles, Sac. Cæs. Maiest
Commissarij.

Su b
Llustrissimus Dux Arschotanus, & nos reliqui Ordinum Legati, cum facile conijciamus, Cels. & Dign. V. non nihil eam moram, quæ nunc ab Ordinibus post exhibitas ultimas pacis conditiones interponitur, grauem & molestam esse : Omittere nullo modo potuimus, quin ijsdem Cels. & Dig. V. exemplum earum literarum, quas hesterna die accepimus, communicemus, vt ex ijs causam istius more cognoseant, & perspiciant.

Resolutio quidem à Statibus singularum Prouinciarum de die in diem super ijs expectatur. Sed postquam prima nostra petitio de Inducijs à Terra noua denegata nobis fuerit, quid inde euenturum Ordines metuant, non obscure literæ eorum indicant.

Quid ergo erit, vbis responsum Ducis de Terra noua ad secundam nostram petitionem de ijsdem Inducijs acceperint & perflegerint ? Cùm in eo nihil fere sit, si penitus consideretur, quod non plus ad irritandos Subditorum animos, quam ad leniendos & conciliandos eos faciat.

Narratur quidē de propensione, quam Excell. eius ad Inducias ab

N

initio

XCVIII.

initio habuit, sed tamen res ipsa ostendit, cum toties eas petierimus, grauesque causas attulerimus, cur illæ concedi debuerint, nihil nos vñquam, imo ne tum quidem, cum exercitus Regius nulli rei, quam vexandis & depopulandis agris intentus est, impetrare potuimus.

Spem pacis satis superque calamitates Subditorum ostendunt. Quid enim ijs posset esse gratius, vel magis necessarium? eandem spē pacis maior pars Populi, qui Catholici Romani sunt, declarat, multæ Ciuitates, multi Nobiles ad eam ineundam parati sese offerunt. Idē suis literis Ordines, & nos eorum nomine sapientia significauimus, volum medium istud petitum est, quo solet super pacis conditionibus agi; sed in hunc usque diem recusatur. Quid putamus Subditos cogitatores; hoc nimur, quod ex literis hic exhibitis, Cels. & Dign. vestræ percipient: Deinde esse aliquos, qui existiment, Sec. Regi ex nostris discordijs, & mutuis laniensis plus boni, quam ex concordia nobis data prouenturum.

Vt cunque sit: uberrimā spem præbere se & præbuisse haec tenus ad pacem dicimus, sed deesse tempus & locum: Item deesse quietem, & tranquillitatem, quia in tam magna rerum confusione, tanquam vehementi animorum alienatione, & perturbatione ad rem tantam opus est. Ita qui recte & Regi & subditis consultum volunt, non Inducias vnius aut alterius mēnsis, sed potius totius anni suadere, & indulgere debent.

Neque id sub ea conditione, qua soli Ordines suas Ciuitates præsidiarijs militibus exonerent, quæ paucæ numero sunt, plerique enim Prouinciae & Ciuitates nullum militem habent, sed qua Hispani, & Malecontenti ad partia facienda simili teneantur & obstrin-gantur.

Nunc vero cum requiratur ex nostra parte id solum fieri; Præsea cum eo casu primum, hoc est, liberatis Ciuitatibus nostris præsidarijs militibus, de Conditionibus, sub quibus Induciae constituedæ erunt, agere incipiems; quam alienum hoc ab omni pacis studio Subditis videbitur, nemo prudens est, qui non intelligit. Quod ad nos attinet, serio dicimus, vehementer nos dolere eiusmodi medijs proponendis viam ad pacem impediri.

Quinetiam summopere miramur, toties Mandati mentionem fieri, quasi per illud impedimentum aliquod vel Inducij, vel paci obijciatur. Ex subditis tamen erunt, qui sub eius praetextu aliud aliquid quæri existimabunt: Nos vero arbitramur frustra difficultatem de eo fieri. Nam habet omnia substancialia, quæ habere debet, nec quicquid relatio in eo facta (ad instructionem nostram) ad rem pertinet; quia etiam iam ante non semel, sed aliquoties declarauimus nos non aliam habere Instructionem, quam quæ Articulis à nobis exhibitis continetur. Quod etiam ostendere, & docere tam parati sumus, & incontinenti etiam nunc ostendere & docere parati sumus. Addidimus

XCIX.

mus quoque, si necesse est, & negotium eo deductum fuerit, nos effecturos, ut singulæ Provinciæ, quæ per nos hic acta sunt, grata & rata habeant. Id etiam Cels. & Dign. Vestræ hucusque cognoverunt ex literis Ordinum per nos exhibitis, & cognoscēt, si vel Articulos iam antè exhibitos Ordines approbarint, vel quid vterius conuentum vel concessum fuerit.

Postquam Illustrissimus Dux & nos putauimus expedire, vt exemplum literarum, quas diximus hesterno die nos recepisse, Cels. & Dign. vestræ exhiberemus: simul visum nobis reliqua ista adiicere, quæ vt æquis animis eadem Cels. & Dig. V. accipient, amicè, humiliè, humiliter & officiose postulamus. Actum Coloniæ. 29. Augusti, Anno 1579.

Num. XLVII.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. INCL.

ti, Illustres, Nobiles, & Honorati cum primis

Domini.

ITERAS Amplitud. vestrarum datas Non. Augusti accepimus septimo Calend. Septembri, vñacum exemplaribus literarū ab Ordinibus huius Belgij scriptatum, & mediorum, Capitumq; Pacis iisdem transmissorum. Quibus vt paucis præsentibus hisce respondeamus, non possumus non ex animo amplecti, & deosculari benignissimam Sacræ Cæsareæ Maiestatis clementiam, illiq; conformē promptiss. Amplitud. V. voluntatem promouendæ pacificationi Belgice tātopere addictam, nobisque tam multis variisque officiis iam pridem perspectam, & exploratam. Quo nomine & generatim Ordines omnes, & nos particulatim in perpetuum. Sacræ Cæs. Maiest. & Amplitud. vestræ obstrictos, & obligatos sentimus. Ingrati profecto futuri, si destituti in præsentiarum commoditate & occasione animi nostri gratitudinem re ipsa Amplitud. vestræ approbandi, saltem verbis illis gratias agere, & corde habere differemus. Quibus vt Amplitud. vestræ, dum occasionem operimur, gratæ nostræ voluntatis re ipsa vbiens explicandæ patiantur interea sibi satisfieri, iterum atque iterum rogamus, illudque persuasum habeant, nos non memoriam tantum fidelis ab iis operæ Patriæ nostræ præstitez, sed nec studium, ac voluntatem eam quo quis officii genere demerendi, vlo vñquam tēpore esse deposituros. Et quando tam felicia sunt iacta ac initia fundamenta pacis, & Reginostro Clementissimo, & communi Patriæ nō viles tātum, ac cōmodæ, sed etiā omnino necessariæ, graue fuerit ac dolendū imprimis, si negotiatio tā feliciter hactenus instituta in medio cursu abrupatur; Rex & Patria sperato ex ea fructu, & Ampl. V. debitapacis

N 2 conf.

C.

confessæ laude & gloria fraudetur. Qua de causa eas quām possumus
 enixissimè rogatas cupimus, operam ac officium hactenus rei tam
 salutari impensum adhuc continuare velint, neque ab ea ante de-
 sistant, quām re ad optatum, ac bonis omnibus desideratum finem
 perducta, ac terra hac Belgica pristinæ quieti restituta, & Regi Ca-
 tholico, Domino, ac Principi suo naturali plenè reconciliata. Cui
 nos, quantum in nobis est, pro exigua nostra tenuitate, neque de-
 fuimus hactenus, neque in posterum quoque sumus defuturi. Ve-
 rūm cùm huiuscerei resolutio à nobis solis non pendeat, sed reliqua-
 rum quoque omnium Belgij Ciuitatum super ea sint audienda, &
 exquirenda suffragia, in quam rem dicta Exemplaria transcribi ius-
 sa, illis mittere necesse fuit, & qui hic Ordinibus aititer ab illis De-
 putati, domum regressi sunt: hinc factum, vt nihil hactenus ab-
 solutè potuerit resolui, & multo minus pro communi Ordinum
 placito isthuc transmitti. Nos interea dicta Pacis media, & Arti-
 culos scripto complectentes examinauimus, & cum reliquis hu-
 ius Ciuitatis membris contulimus, & conceptam super ijs à nobis
 sententiam scripto complexi sumus, eamque paratam habemus,
 exhibendam reliquarum Provinciarum ac Ciuitatum Legatis, v-
 bi aduenerint: Quos cùm earum responsis indies expectamus, vt
 collatis inuicem sententijs, communi Ordinum consensu conci-
 piatur responsum, quod & Regiæ Maiestatis clementiæ, & Patriæ se-
 curitati maximè existimabitur conueniens, & deinde Amplitud. ve-
 stris primo quoque tempore transmittatur. Quod nos, quantum
 in nobis erit, modis omnibus studebitus promouere: Vesta Am-
 plitud. & nos & Patriam communem singulari efficient beneficio,
 si quales hactenus, tales quoque in posterum nobis apud Maiestates
 tam Sacram Cæsaream, quām Regiam Catholicam Patronos & In-
 tercessores exhibuerint. Quo scilicet inducta Amplitud. V. rogatu
 Sacra Cæsarea Maiestas apud Regem nostrum Clementis. serio inter-
 cedat, ac instet, vt quæ ab Ordinibus responso ab illis transmitten-
 do petentur publicæ securitatis ergo, Reg. Cathol. Maiest. po-
 puli supplicantis precibus & temporis necessitatì concedere digne-
 tur: Ut scilicet hac ratione pristina Patriæ tranquillitas tandem ali-
 quando restituatur, & sua Regi, Domino ac Principi nostro natu-
 rali, legitima constet & conseruetur authoritas: quod nos vnicè o-
 ptamus. Et quia non dubitamus æquè nobiscum Amplitud. vestris
 esse commendatum, non erimus illis longiore prolixitate molesti:
 tantum Deum Opt. Max. rogabimus, vt Sacram Cæsaream, & Re-
 giam Catholicam Maiestates, Amplitud. quoque vestras quām diutif-
 simè saluas, incolumes, & vndeque florentes conseruet: & pia-
 ce salutaria illarum consilia diuina sua clementia ita dirigat, vt v-
 niuersa Christiana Respublica pacis toto orbi restitutæ, Belgium
 verò insuper salutis & conseruationis suæ beneficium illis
 per-

CVI.

perpetuo debeant. Datum Antwerpiae pridiè Nonas Septembris 1579.

Illustriss. Reuerendiss. Inclytarum, Nobilium,
& Honoratarum Amplitud. vestiarum

Addictiss. Clientes,

Prætor, Coss. & Senatus Ciuitatis
Antwerpiae.

I. Martinis.

Superscriptio talis erat,
Reuerendiss. Illustriss. Inclytis, Illustribus, Nobilibus,
ac Honoratis Dominis, D. Sacrae Cæs. Maiest. Commissarijs, Dominis nostris cum primis obseruandis.

Coloniæ.

Num. XLVIII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI,

Generosi, Nobiles, Sac. Cæs. Maiest.

Commissarij.



Els. & Dign. V. Illustris. Dux Arschotanus, & nos reliqui Ordinum Legati amicè, & submissis animis celare non possumus, nos hesterno die binas literas eiusdem ferè argumenti, vnas à Sereniss. Archiduce Austriae Matthia, Gubernatore, & Capitaneo nostro generali; Alteras ab Ordinibus accepte: in quibus non tantū causas iam ante quoque excusatæ moræ repetunt, sed vna etiam statum consultationis, quæ super Pacificationis Articulis per Status singularum Prouinciarum haberi debet, exponunt.

Nulla quidem Prouincia est, nullus Subditus, qui non ex toto animo reconciliationem cum Sereniss. Rege, Principe, & Domino nostro naturali inire desideret; nullus qui non pacem publicè & priuatim persequendam existimet: sed talia dicta & facta nostroru Adversariorum referunt, quæ iisdem Prouincijs & Subditis non solum impedimentum ad eam præsent, sed simul etiam alia studia in animis eorum excitent, quæ magis ad arma defendendi sui gratia, quam ad pacem spectare videntur.

Sed hæc malum ex allegatis literis, quarum exempla hic exhibemus, quam ex nostro sermone cognosci & audiri. Hoc vnum tantū

CII.

addere nos oportet, cum ex ijsdem literis Cels. & Dign. V. simul perspicient praedictos Articulos Pacificationis non ita Ordines approbaturos esse, nobisque iniungat, ut alia media, quæ apud vtramque partem ad effectum perduei queant, postulemus.

Propterea easdem Cels. & Dig. V. obnixissime rogatas volumus, ut, si fieri possit, præueniendo, antequam scilicet resolutio per Status singularum Prouinciarum fiat, eaque huc transmittatur (ita enim multis obstaculis & impedimentis obuiam ibit, quæ postea non tam facile remoueri poterunt) huiusmodi media proponere nobis dignentur, quæ subditis plenam securitatem, maioremque libertatem, quam quæ adhuc concessa est, animis & cōscientijs eorum adferant. Circa quæ duo difficultas omnis versatur.

In quibus etiam optamus, ut Cels. & Dig. V. non tam adea, quæ in suis, vel alijs ditionibus pacto, & lege conuenta, & statuta sunt, respiciant: sed quæ expedit nunc propter praesentes necessitates inditionibus nostris conueniri, & statui. Non enim omnium pactorum & legum eadem causa & occasio est, nec par ratio & necessitas est in omnibus locis. Sed & negotium per se tale est, in quo nemo aberrare & peccare potest, qui alteri commisereatur, vel indulgendo & permitendo quid patientiam cum eo habeat. Datum, & exhibitum Coloniae 12. Septembris, Anno 1579.

Num. XLIX.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI,
mi, ac Generosissimi.



Ccepimus literas, quibus placuit Cels. & Ampli-
tud. vestris nobis transmittere ac communicare
Conditiones, atque Articulos Pacis, quos post ma-
turam ac diutinam negotiationem tandem conce-
pistis, ac iudicastis rationi & æquitati consentane-
os; Eo quippe fine, vt eosdem serio perpendamus,
negociū hoc Pacis sedulo promoueamus, efficia-
musque, quantum in nobis esset, apud Deputatos Ordinum An-
tvverpiæ congregatos, hac in re alioqui negligētores, vt ipsi quæ sua-
rum Partium sunt, quæque ab ipsis necessario requiruntur, primo
quoque tempore effecta reddant. Multum profecto nobis semper di-
plicuit, in longius tempus, quam par fuit, protrahi rem tantimo-
menti: qua vtique sola Prouincias hasce afflictissimas è turbulentissi-
mo, calamitosissimo, ac fere deplorato suo statu pristinæ saluti ac
quieti restitui posse datur. Attamen cum Dei Opt. Max. misericordia,
vestraq; opera ac solitudine plusquā paterna eò nunc negociū hoc
tam pium, & necessarium promotum videamus, vt tamdiu exoptata
pax omnibus & quibusuis obvia, & amplectenda sese offerat:

Put-

C II.

Putauimus nostri officij omnino esse, vt propriæ saluti consulentes nosmet pro nostra parte ostēdamus, ac declaremus, oblatas pacis conditiones cum debita gratitudine absque vleriori hæsitatione velle probare, atque acceptare. Sperantes nos hac ratione post tam variis exantatos casus, funestaque perpessa pericula in statum securiorem, ac probatiorem posse constituere: quanquam non dubitamus, multos pacis impatiētes futuros, qui nos vndique atrocissimis diuexatis, onibus sint afflicturi, vel eo solo nomine, quod publicā, pristinamq; tranquillitatē & quietē nobis, totique nostræ afflictissimæ patriæ restitutā iri, ex animo optamus. Porro, quæ nostra hac in re sit mens ac propositum, confidimus Illustriss. Ducem de Terrā nouā dignaturū Cels. V. latius aperire ac participare ex ijs, quæ in præsentiarum ad S. Cels. scribimus. Quod superest, obnixè atque humillimè rogamus, ut promotio rerum nostrarum V. Cels. commendata esse queat, vt securitatem, aliasque conditiones in hoc negocio Pacis requisitas corroborando etiam per vestram autoritatem possimus vndequaque obtinere certas, firmas, & in perpetuum valituras. Deus Opt. Max. Celsitudo vestras, ad vtilitatem Reipublicæ Christianæ, quam diutissimè incolumes cōseruare dignet. Datum Buscoducis, quarta die mensis Septembbris, Anno 1579.

Cels. V.

Obsequentiis ac Deditissimi,

Scabini, Iurati, Consules, ac De-
cani Opifici, repræsentantes tria
membra dictæ Ciuitatis Busco-
ducensis.

Ad mandatum speciale
corundem.

I. De Emmerickell sſt.

Reuerendiss. Illustriss. ac Generosis. Principibus, ac
Dominis, Sacræ Cæf. Maiest. Comissarijs, Dominis
obseruandissimis.

Coloniam.

Num. L.

Gedwēerdichste / Durchluchtige / Welgeboerne / Gene-
dichste vnd gebiedende Heeren / Uwer Durchl. G. vnd E-
delheit sy vñser eberitwillige dienste / vñnd wes wñ guedes
vermogen / stets touoren bereit / Benedichste Fursten vnd
Heeren

CIV.

Heeren/Over Hochw. Durchl. G. vnd Edelheit Brieuen van Dato den vyfften tegenwoerdiger Maend Augusti/ sampt bhuerwarten Exemplar van den Articulen des Bredehandels/ hebben wy mit gebuerlicke reuerenz opgisteren ontfangen/ ende verlesen/ Daer vor ende mede oock van wegen der genediger thonegenheit ende angewanten vlyt tot der gemeine Landen walfart/ Over Hoech. Durch. G. vnd Edelheit vor erst ganz demidchlichen ende dienstlichen bedanken/ Dann also darinne van andere vorgaende Brieuen gemeldet wordt/ en hebben wy ghiene derseluer alsnoch ontfangen: Ende willen eerster gelegenheit vergaederen vmine dien angaende gebuerliche resolutie te neemen/ ende over Hoech. Durchl. G. vnd Edelheit willen in die genedige thogenheit ende angewanten vlyt tho den Bredehandel continuieren/ op dat die allgemeine Landen ende Prouincien tot einen queden bestendigen/ ende vor langest gewünschten Brede geraecken mogen. Doende hiermit dieselue over Hoch. Durchl. G. ende Edelheit den Allmechtigen Heeren zu hogen Fürstlichen Stande ende walfart beuelen. Datum op den Landstag binnen der Stadt Zwolle/ vnder t Seegel derseluer Stadt/ dat wy ditmael hierthoe gebruiken. Op den xxijij Augusti
Anno lxxix.

Over Hoch. Durch. G. vnd Edelheit

Dienstwillige/

Ridderschap ende Steden
s Lands van Overijssel.

Sen Hochweerdichsten/ Durchluchtichsten/ Welgeboeren Fursten vnd Heeren/ Romischer Keyserlicker May. gedeputierde Commissarien/ tho der Nederland sche Bredehandelinge/ binnen der Stadt Eolen vergadert synde/ onseren genedichsten Fursten/ genedigen vnd gebiedenden Heeren,

Num. L I.

Gechweerdichste/ Durchluchtichste/ Welgeboeren/ genedichste/ genedighe vnd gebiedende Heeren/ Over Hoech. Durchl. G. vnd Edelheit synnen onsere bereitwillige diensten/ vnd wes wy quedes vermoegen/ steets tho beuorens. Benedichste Fursten vñ Heeren/ Over Hoech. Durchl. G. vnd Edelheit sollen wy dienstlichen mit verhalden/ welcker gestalte wy op tegenverdigen Landstag binnen der Stadt Zwolle die Articulen des Bredehandels/ vns van over Hoech. Durchl. G. vnd Edelheit ende in gelicken

C V.

geliken van den Erzherzoge van Oostenrijk/Gouuerneur/ende den General Staeten deser Erffnederlanden thogeschickt/in gebuerliche beraetschlaginge genomen/dieselue rypelick erwegen/ oock vnse Resolutie daerop in schrifte verfattet/ende an Hochsgerdachten Erzherzoge/wie oock an gedachte general Staeten ouergesentt hebbent: Nit twyuelende/dieselue sollen V. Hoch. Durch. G. vnd E. van daer voerts uerschickt werden. Wy verhoopen oock by vns sodane Resolutie ge naeme tho syn/dat V. Hochw. Durchl. G. vnd E. daeran ein genedichst ende guetlich gefallen dragen werden. Biddende ganz demoedich ende dienstlick/V. Hochw. Durchl. G. ende E. gelieue die genedichste ende gedige handt daeran thoe halde/ende alsoe in den angewandten vlyt ende thogeniegenheit totten Vredenhandel vnuerdrietlichen te continueren/dat die allgemeine Landen ende Provincien tot einen gueden/ Christlichen/bestendigen/ende vor langes gewünsten Vreden geraeken moegen. Daeran V. Hochw. Durchl. G. ende E. vns/als synde Niedelidtmäeten des Hilligen Romischen Ryks/ein Christlich werck doen werden. Ende daer V. Hochw. Durch. G. ende E. wy eenichen dienst erzeigen kommen/sollen wy steets bereit syn.Kenne Gott Allmechtich/die V. Hochw. Durch. G. ende E. in hogen Furstlichen stande ende walt lange erholt den wolle. Datum op den Landstag binnen der Stadt Zwolle onder t Seigel derseluer Stadt/ dat wy over ditmael hierthoe gebrückken. Op den xxiij. Septembris/Anno ic. lxxx.

Uwer Hoch. Durch. G. vnd Edelheit

Dienstwillige/

Ridderschap ende Steden
s Lands van Oueryssel.

Sen Hochweerdichsten/Durchlüchtichsten/Welgeboere Fursten vnd Heeren/Romischer Keyserlicker May. ge deputierde Commissarien/tho der Nederlandsche Bredehandelinge/binnen der Stadt Eölen vergadert synde/vnseren genedichsten Fursten/genedigen vnd gebiedenden Heeren.

Num. L II.
Der Röm. Kays. May. ic. vnsers allergnedigsten Herrn/ zu
Köllen anwesende Commissarij.

Beste/Ersame vnd Weise/liebe besondern/Ewer zweit schreiben vom Dato Zwoll/den dreyzehenden dises/haben wir empfangen/Bernemmen darauff/wie ihr auff gehaltenem Landtag die durch vns erhoffnete friedens

O

Artis

C VI.

Articuln in berahschlagung genommen / dieselben reiflich erwegen/
einer Resolution darauff in schriften verfasset / vñ dem Durchleuchtig-
sten / vñnd Hochgeborenen Fürsten / Herrn Matthie / Erzherzogen zu
Oesterreich / ic. vnserm besondern lieben freund vnd gnedigsten Herrn /
wie auch den general Staten zugesertigt haben / der hoffnung / es wer-
de vns solches nunmehr dannen hero zükommen seyn / vnd wir daran
ein gütlich gefallen tragen.

Darauff wir euch gnedig / günstig vnd freundlich nit mögen ver-
halten / wie vns über stetigs gehabte hoffnung vnd verlangen / diese zeit
hero / als die Articuln / nemlich den xviii. Julij nechstuerlitten / von vns
den hieigen Besandten communicert / vñnd nachfolgends vnsera ausz-
gangene schriftliche vermarungen ungeacht / nach der zeit kein endtli-
che / sonder allein auffzügliche antwort zükommen / außerhalb daß die
Stadt Herzogenbusch vns vnlängst / wie sie mit denen fürgeschlage-
nen Articuln wol begnügig / vnd sich widerumb mit dem König / als ih-
rem Landsfürsten / zu reconcilieren geneigt vnd willig. Hetten derow-
gen wol gewölt / vnd gern gesehen / daß ewere antwort vnd Resolution /
die wir vnserm vertrawen / auch ewerer anzeigen nach / vnd sonst nach ge-
stalten sachen der gebür gemeß seyn verhoffen / vns were hieher züge-
schickt worden.

Wann aber der verzug über die maß sich verlengt / vñnd die ster-
bende lustt dieser ort fast heftig einreist / auch vnsera Hoffaltung vnd
Gesind albereit schwerlich angegriffen / seynd wir endlich entschlossen /
vns in dieser Stadt nit lang mehr zusaumen.

Haben derowegen nit vnderlassen / solches den general Staten
zu erkennen zu geben / vnd ihnen einen Termin / sich gegen vns ihres ge-
müts hierzwischen dem achzehenden tag volgenden Monats Octo-
bris / endlich zu erklären ernent. Wolte es euch dann belieben / ewere er-
klärung hierzwischen vns hieher zu schicken / vnd wir euch bey der Kön.
W. zu Hispanien / derselben Beuelhabern / vnd sonst zu allem guten be-
förderlich seyn / gnad / gunst / vñnd alles gute erweisen könnten / Des-
mögen ihr euch zu vns sampt vnd sonder gewislich verschen vñnd ge-
trosten. Datum Kölle den xxvj. Septemb. Anno ic. LXXIII.

Den Besten / Ersamen / vñnd Weisen / vnsern lieben be-
sondern / der Ritterschafft vnd Stetten des Lands von
Duerryssel.

SACRA

CVII.

Num. LIII.

SACRAE CAES. MAIEST. DEPVITATI COM.
missarij, Spectabiles, Prudentes, Circumspecti.

REcepimus literas vestras quarta huius ad nos scriptas, quibus ostenditis & declaratis vos pro vestra parte oblatas pacis conditiones, quas antea vobis vna cum literis nostris transmisimus, grato animo velle probare, rogantes, ut causam vestram nobis ita habeamus commendatam, quod nostra auctoritate cum ceteris requisitis conditionibus pax certa, firma, & in perpetuum valitura vobis constituatur.

Relatum præterea nobis fuit, quanta prudentia & dexteritate negotium hoc per vos hactenus tractatum, & ad felicem hunc effectum perductum fuerit. Non potuerunt certe vestræ haec literæ nobis non esse nisi gratissimæ, & acceptissimæ: quibus per tot iam mensiles molestiarum & laborum nostrorum, quos pro salute totius Belgij suscepimus, & hucusq; pertulimus primos, & suauissimos hos flores, cum insigni voluptate nos degustare fecistis. Tantoque magis vobis gratulamur et applaudimus, quod non tantum ab interitu Partiam vestram vindicare studiistis, sed etiam ceteris Prouincij, Populis, et Ciuitatibus malis, quibus in perniciem propriam constricti adhuc detinentur, euadendi et ad pristinam quietem redeundi perpetuo commendabilem exemplo vestro præbuiistis occasionem.

Iucundissimam quoque Illustriss. Principi ac Domino Duci de Terra noua etc. amico nostro charissimo, et Domino gratiose hanc vestram esse declarationem intelleximus, quæ tanta diligentia et favore per nos, suamq; Dilectionē, et Excellentiam Regi Cathol. commendabitur, quod proculdubio vos omnes et singuli, quovis metu et periculo longè remoto, vos, vestrosque posteros totis benignitatis et Regiae mansuetudinis affectibus sit prosecuturus.

Vos interim omni benevolentia monemus, et hortamur, ne vos quibusuis illecebris, sinistrisve suggestionibus ab hoc tam pio proposto abduci patiamini, sed potius animo constanti, et alaci, quæ bene cœpistis, feliciter perficiatis.

Neque vos mouere debent tranquillitatis perturbatorum nrae, vel molestiae: sed in Deum Opt. Max. veræ pacis Authorem, et Conservatorem, hanc sollicitudinem reiijcentes, de Regis vestri clementia, Cæsareæ quoque Maiestatis sublimitate confisi, omnem favorem et patronum vobis certissimè pollicemini. Quod ad nos attinet, nullam occasionem vobis omnem benevolentiam exhibendi negligemus.

Tanto etiā minus vos constanti et inuiolabili initia reconciliatio-
nis, et Pacis obseruatione dubitare debetis, quod hec omnia per Re-

CVIII.

gem, Catholicum, Principem vestrum naturalem ratificanda iuramento veniant, quem certum est nullo vñquam tempore infractum illa, quæ cum interuentu, & ad intercessionem Sacrae Cæsareæ Maiestatis adeo solemniter peraguntur.

Nobis vero vix quicquam grauius accidere posset, quam vos, vel aliquem ex vestris nostris autoritate in leuissimum quodvis adducere discrimen, vel periculum.

Cæterorum Statuum simul, & Particularium Prouinciarum, Ciuitatum, & oppidorum resolutiones in horas expectamus. Quæ si paci conuenientes erunt, omnem adhibebimus diligentiam, quo vobis omnibus, & singulis hoc nomine, quoad possibile, satisfieri possit. Vos, vestramque Ciuitatem Diuinæ protectioni commendantes, nostra quæuis pollicemur & nunc & in posterum benevolentia officia. Datæ Coloniæ 20 die mensis Septembris, Anno 1579.

Num. LIII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GE-
neroſi, Nobiles, Sacrae Cæsareæ Maiestatis
Commissarij.



Fficit diuturni huius belli calamitas, ac totius agri Brabantici vastatio, qua à Duce suo Rege Hispaniarum, seu eius per Belgiam Præfectis nimis iniuste premitur, vt non solum pacis conditiones propositæ, sed etiam ipsa pacis cogitatio gratissima nobis sit, mirèque animos Subditorum recreet: Tum vero summæ esset ingratitudinis ac inhumanitatis operam, quam hac in re tanti Principes, Amplissimique vii Ditionibus istis haec tenus præstiterint, leuem existimare. Nos certe eam semper fecimus maximi, atque eo nomine Cels. & Dig. V. summas gratias agimus, obnixeque rogamus, vt rem tanti momenti aliqua ex parte bene cœptam felicius perficiant, neu deserant: Sed cum salus istarum Prouinciarum inferioris Germaniæ ad Sacram Cælaream Maiestatem, ac Cels. & Dig. Vestras, & utilitatem subditorum suorum magnopere pertineat, animum inducant, dignenturque (quod ordinem suum, atque splendorem deceat) causas proprias non nihil sepone, & quoad eius sine periculo & graui incommodo fieri poterit, negligere, quo celeberrimæ huius Reipub. cōpositæ, pristinoque nitori restitutæ beneficiū apud Deū. Opt. Max. laudem vero immortalem vbius terrarum referant. Dolemus profecto hoc negocium tantam moram secum trahere, sed quorsum attinuit Ducem de Terra noua populū qui benolentia, & æquabilitate Principū suorum (seu Ducū seu Comitū, seu Dominorum) retineri cōsueuerit, tamdiu, tam illiberaliter, durisque, nec vlla ratione accommodatis conditionibus distinet.

CIX.

stineri? nisi id studio habuerit, vt statim omnium animos in ipso limi-
ne ab hac pacificatione redderet alienos, intelligerentque nihil se ex
Regis Clementia sperare debere, quod vel ut mercatu licitando ex-
torqueatur non concedendum, si denegado, sine proprio detrimen-
to, queat auferri. Quemadmodum etiam cum vniuersa plebe nos ipsi
satis mirati non possumus, illi pacis huius negotium adeo non esse
cordi, vt in paciscendis Inducijs ne tantillum quidem au&toritati Im-
peratorie, ac Cels. & Dign. vestrarum (quarum hec arbitrij partes erant)
censuerit deferendum: nimur ut in crudecente bello, multitudi-
nem armorum strepitu impeditam, frementemque ab omni spe pa-
cis reuocaret, ac ne quicquam eo etiam magis impelleret; quos ea ra-
tione ad tranquillitatem componi potius, quam vel intestinis dissi-
dijs, quæ in desperationem plerosque adigunt, aut vi a fauore Hispani-
orum, quem iamdudum etiam mortis periculo contemnere didi-
cerunt, deterrei: Tum vero in ipsis pacis conditionibus, adeo ægris
animis, morbi que vim quotidie alentibus, parum præsidij est, siue ad
securitatem publicam ex proposita Gubernationis ratione, siue ad
vitæ commoditatem ex moribus, & præfinita Religionis obserua-
tione respicias. Ut difficile futurum sit, hic varia multumque dissidē-
tia hominum ingenia atque studia in vnam sententiam, opinionem
que adducere, & vbiique inter se consentientia reddere. Quanquam
autem hæc omnia magni ponderis, multaque alia sint, quæ ad conci-
liandam hanc pacem momenti plurimum habeant: Annuitur
tamen quantum in nobis erit, & præsens rerum status patitur, vt ne-
gotium hoc quam citissime promoueat, vtque Comitijs Ordinū
Ducatus Brabantiae pleraque sic temperentur, quo Imp. Maiestati ac
Cels. & Dign. V. totique Orbi Christiano manifestum fiat; nos saluti,
tranquillitati, & utilitati publicæ omnia, nihil vero priuatis affecti-
bus tribuisse; cognoscatque Rex Cathol. Brabantiae Dux, & Princeps
noster, nos non minus suæ Maiestati, quam omnibus retro Ducibus,
ac Dominis nostris Clementissimis subditos deuotosque manere.
Præsertim cum ha&tenus nihil ab Ordinum Legatis isthic postulatū
sit, vel ad populi libertatem ac securitatem, vel ad Regis au&toritatem
omnemque politiam, quod non quantum ad Ducatum Brabantiae
attinet) ex priuilegijs, iureque patro, atque etiam pactis conuentis, &
quidem iurato debeatur. Porro Cels. & Dign. Vestras humiliter hu-
millime officio seque precamur, vt interea Ducem de Terra noua sic
mitigate velint (si Cæs. Maiestatis desit authoritas) vt aliam, quam ha-
stenus fecit, Pacis hisce Ditionibus (quibus propter eorum commer-
cia, officiorumque commutationes & cum alijs vicinitas est) confici-
endæ rationem ineat, ingenijisque ac moribus Incolarum non nihil
concedat, nec ad accuratam illam, rigidamque, & summam Hispanici
moderaminis regulam (cum ita non consueuerint) omnia metiatur.
Ita futurum est, vt huic Reipub. pristina redeat tranquillitas, ea que

CX.

diuturna; quam perpetuo Sac. Cæs. Maiest. ac Cels. & Dign. V. summa cum gratitudine, animorumque propensione, obseruantia & obsequio acceptam feremus post Deum Opt. Max. Qui eam nobis pro immensa sua bonitate, ac gratia largiatur, atque Cels. & Dign. V. in multis annos seruet in columnes. Antwerpiae sexto Idus Septemb. 1579.

Cels. & Dign. V.

Addictissimi,

Ordinum Ducatus Brabantiae Deputati, nunc Antwerpiae congregati.

Mandato prædictorum Dominorum.

Andeleffeldt sst.

Superscriptio talis erat,

Reuerendiss. Illustrissimisque Sacri Romani Imperij
Principibus, Electoribus, Generosis, Nobilibusque
Sac. Cæs. Maiest. Commissariis, Paci per Belgiam con-
ciliandæ Delegatis.

Coloniam.

Num. LV.

SACRAE CAES. MAIEST. AD NEGOTIVM *Pacificationis Belgicæ deputati Commissarij.*



Oste aquam Cæsareæ Maiest. Domino nostro clementissimo placuit nobis in hoc Belgicæ Pacificationis negotio vices suæ Maiestatis committere, simulque à sua Maiestate moniti, & iuslhu huc Coloniam, Ciuitatem vobis vicinam, tantæque tractationi commodissimam, ad Dominicam Letare, huius anni labentis nos conferre, simul etiam significatum eundem terminum, & locum utriusque parti à sua Maiestate præfixum & constitutum fuisse, quantū in nobis fuit, & voluntatis facere desiderantes; omnibus nostris, & Ditionum nostrarum negotijs depositis, paucis diebus post dictum à Sua Maiestate dictem, nos huc omnes contulimus, vestros Legatos, quos magis tempestiuè adesse conueniebat, per mensem integrum patienter expectauimus. Re deinde cœpta, non leuem moram negotio perit, quod eos, qui nomine vestro aderant, sufficienti Mandato, eodemq; ad sextantum septimanas restricto carere compertum. Cuius defec-

CXI.

defectus, & quidem substantialis, neque in hunc usque diem ad cre-
briores tam diligentibus, & serias nostras monitiones à vobis suppletus
fuit, nec temporis prorogatio impetrari potuit. Quod ipsum Regi-
um Mandatarium statim ab initio dubium reddere, nobis etiam volun-
tatis vestræ magnum scrupulum iniijcere potuisset. Nihilominus ta-
men temporis lucrum affectantes, & causam, quantum ad nos spe-
ctat, promouere studentes, de pleniori vestro Mandato confisi cum
partibus tractationem iniuiimus, eademque spe Regium Mandatariū
huc usque suspensum tenuimus. Partium deinde propositionibus, &
allegationibus auditis, ijs quoque, quæ antea inter vosmetipso inizi-
ta & conuenta fuere, diligenter perpensis, capita quædam Pacificatio-
nis decima octaua Mensis Iulij proposita sunt. Per quæ cum vobis
omnes offendæ condonentur, iniuriæ, damna, impēsæ, vestigalia, præ-
terea & onera horum rumorum, & tumultuum causa inuecta tollan-
tur, obliuionique omnia tradantur, Regi Catholico, vestro Principi,
& legitimo Magistratui omni rigore sublato plenissime reconcilie-
mini, & pristinæ tranquillitati & quieti restituemini, vobis denique,
Patriæque vestræ tota Regis offeratur benignitas, & mansuetudo, ea-
demque fere omnia ampliora & mitiora quoque, quam quæ proximis
annis horum tumultuum causa à vobis met ipsi in pace Gandauensi,
& Vnione generali subsecuta constituta, promissa, solemniter iurata,
postea in Edicto perpetuo denuo renouata & confirmata fuere, lar-
giantur: Omnino nobis persuasum erat, maximè cum has tam lucu-
lentas, honestas, & tollerabiles sane conditiones. Cæst. Maiest. suis sa-
cris monitionibus plurimum commendare videbatur vobis eas-
dem nō posse esse nisi gratissimas. Vestram propterea declarationem
benevolam & obsequiosam magno desiderio in tertium usque Mensem
nūc expectauimus, & ne aliquo nostro deessemus officio, si forte dictæ
Conditiones vobis debito tempore non fuissent redditæ, vel forte in
via deperditæ, aut suppressæ, quinta die Augusti ad vos, et Particula-
res Prouincias, primariaque Ciuitates, eosdem articulos cum literis
nostris, quæ diligenter omnia, salutem præsertim vestram, eiusque
tam opportunam occasionem assequendæ ad animum vobis reu-
carent, transmisimus: vestrosetiā Deputatos præsentes sèpius de ma-
turanda, & accleranda resolutione assidue moneri fecimus. Tertia
denique vice ad Prouincias particulares, & Ciuitates alias in
eundem effectum vicesima nona Mensis Augusti dedimus literas: ad
quas soli Ciues Buscoducenses pacis cupidos, ijsdemque conditioni-
bus contentos se se nuper declararunt. Et quamuis aliæ quædam Pro-
uinciæ, & Ciuitates nobis significarint, quod ad Illustrissimum Prin-
cipem, Dominum Matthiam, Archiducem Austriæ, &c. amicum no-
strum singularem, Dominumque gratiosissimum, & Status genera-
les Antuerpiæ congregatos resolutiones suas miserint, nihil tamen
certi de ijs ad nos preter omnē expectationē hactenus relatū est, spem
autem

CXII.

autem nostram, & eorum omnium, qui iam bonam de Pace constituta opinionem conceperant, non parum minuerunt literæ, quas his diebus à Deputatis Ordinum Ducatus Brabantæ Antwerpianæ congregatis, (à quibus non minima totius huius negotiationis auctoritas dependere existimatur) de Data sexta Idib. Septembis accessimus. Quibus negotium hoc, nostra quidem opinione ferme completem, aliqua ex parte tantummodo cœptum putant, & has conditiones totas repudiare, aliamq; omnino Pacis conficiendæ rationem postulare videntur.

Cum igitur etiam nū ad tam frequentes nostros hortatus & motiones nihil certi nobis per vos responsum sit, graue admodū nobis esse cœpit, cum tanti temporis dispendio, sumptuum grauissimorū profusione, Maiest. Imp. nostroq; neglectu diutius hic immorari, his vobis significare voluimus, nos abitum omnino parare. Ne autem aliquam culpam in nos referendi prætendere possitis occasionem, vobis ultimum hunc terminum peremptorium constituimus, & assignamus, ut categoricè, clare & aperte vestrorum animorum conceptum infra decimum octauum diem mensis Octob. proximè sequentis huc mittatis, & an Articulos propositos, & iam pridē transmissos, acceptare velitis, rescribatis: quo nos laborum, fastidiorum & sumptuum minus pœniteat, tantoq; melius & citius totum hoc negotiū confici possit. Sin verò vel media proposita repudiaueritis, vel nihil ad ea intra terminum præfixum responderitis, (cum vix aliud nostro iudicio à quois Magistratu, per bene affectos subditos honeste peti posse) absque omni ulteriore cūctatione, nullaque alia à nobis exercitata tractatione nos, hoc conuentu soluto, hinc discessuros certiores reddimus. Cum insuper etiam propter indies magis ingrauescentem pestis contagionem, quæ etiā familiares nostros iam inuasit, hinc diutius morā trahere nō possumus: Neq; etiā hic terminus nimis angustus censeri potest. Cum proximis iam aliquot annis pleraq; omnia tractata, discussa, ventilata, interim sèpius repetita, & ruminata, composta, decisa, & iurata fuerint, Imperatori iam antea relata, earumque occasione huius tractationis commissio iterum impetrata, à Sua Maiestate dies vobis maturè satis dictus; tanto nunc tempore coram nobis hæc negotia agitata, tertius iam cedat mensis, quo pacis conditiones vestris Legatis sint exhibitæ, neque Miles Regius, neque aliud quicquā vobis impedimento esse potuerit, quominus conuenire, secundeq; de rebus vestris agere valueritis, imo & vos iam antea congregatos; interim quoq; particulares Provinciarū conuentus habitos esse, partim ex Ordinū Ducatus Brabantæ, partim ex aliarū quarundam Provinciarum, & Ciuitatum scriptis intellexerimus, neq; de rebus vobis signatis, vel obscurioribus agendum fuerit: sed plerumq; omnia in factis vestris proprijs sint posita, & à vestra omnino pendeant voluntate, Populum etiam continuis his calamitatibus attritum, nihil

CXII.

nihil nisi feruentissimis desiderijs & suspirijs Pacem exoptare cōstet.
quam tanto facilius vobis, quanto populum propensiorem, & Re-
gem Principem vestrum benigniorem experiemini, parare potestis,
modo vestra auctoritate, quod facilimē p̄stare poteritis, & vos fa-
tuos omnino confidimus, errantem populum in viam mansuetu-
dini reducere velitis. Vos, vestraque consilia Diuinæ clementiæ com-
mendamus, & quæcunque benevolentiæ officia in posterum quo-
que de nobis omnibus & singulis sperare iubemus. Datae Coloniae
26. Mensis Septemb. Anno Dominicæ incarnationis 1579.

Statuum generalium Belgij Deputatis
Antwerpia congregatis.

Num. LVI.

REVERENDISS. ILLVSTRISS. GENEROSI,

Nobiles, Prudentes, & Circumspecti.

Vōd ad literas Cels. & Dign. vestrarum nondū responserimus, non nostra culpa, negligentia, aut cessatione accidit, sed quia propter magnitudinē negotij, & Prouinciarum diuersitatem hactenus neque de formula certi Mandati, prioribus literis requisiti, neq; in approbationem, contradictionē aut moderationem propositorum Articulorum (de quibus posterioribus literis Cels. & Dign. vestrarū agitur) conuenire potuimus. Etenim, quod ad Mandatū attinet, natura rei principali talis est, vt antecedentem partium disceptationem & communicationem exigat, nec limitibus seu formula certi Mandati ab initio circumscribi, aut concludi potuit, & liberum atq; absolutum Mandatum in rem tam graui Deputati destinati Coloniā propter nimium onus atq; periculum detrectassent accipere, vt etiā in talibus Prouinciarum causis, inter horrida bella summam rerum absq; preparatione & referendi necessitate Particularibus committi, nec ratio, nec consuetudo patitur. Cumq; Articuli à vestris Cels. & Dign. transmissi omnines Ditiones ex æquo respiciant, primo quoq; tempore eos omnibus, & singulis communicauiimus, vt singulorum arbitrio & voluntate intellecta, communī consensu de communī causa statueretur, atque tam Duci de Terra noua, Delegato Maiest. Catholicæ, quam vestris Cels. & Dign. aliquid certi responderetur. Et quāvis Princeps Parlementis, & plāriq; alij in contemptū auctoritatis Cesareæ, & vestri celeberrimi Conuentus non destiterint per particulares conuentiones moliri distractionem Prouinciarū, atq; Subditos maioribus exigitur diffusionibus (quæ nobis non leue male suspicandi causam, & occasiōnem capiendi alia consilia præbuerunt) Nihilominus tamen de-

CXIII.

siderio, atque enixo studio synceræ pacis, quo tenemur à constantia
 promouendi communem tranquillitatem, publico fœdere non de-
 fleximus continuo instando, vrgendoque apud Prouincias, vt super
 dictis Articulis quam celeberrimis deliberarent, atque intentionem
 suam significarēt, nā vt in nobis nulla mora sit: Sed rei pondus, mul-
 titudo Prouinciarum, naturalis opinionum varietas, & contraria ma-
 leuolorum hominum studia tarditatem inuexerunt. Quam vestras
 Celsitud. & Dignit. re penitus inspecta, & ob causas supradictas non
 iniquo animo laturas confidimus. Interim verò ex animo agnoscim-
 mus, & perpetua gratitudinis memoria celebramus benignum, at-
 que paternum affectum Cæs. Maiest. erga has calamitosas Ditiones,
 & vestrarum Celsitud. et Dignita. in pacandis illis præclaram dili-
 gentiam, studium, atque laborem: tametsi res quodam malo fato
 nondum in eum statum perducta sit, quem ratio temporum et rerū
 postulat. Maius enim (vt veremur) est malum, et altioribus radici-
 bus Prouinciarum corporibus infixū, quam vt remedia, in dictis Ar-
 ticulis comprehensa, curationi sufficiant; nisi Regia Maiestas effuso
 benignitatis finu dignetur maiorem in subditos suos exercere libe-
 ralitatem, & haec tenus angustis emanantia venis longiore progres-
 su in magnos amnes extendere. Nam vt cum bona venia vestrarum
 Celsitud. & Dign. & sine præiudicio Prouinciarum è multis pauca at-
 tingamus, si iuxta notum articulum omnes hactenus absentes, vel a-
 moti ab officijs pristinū Ordinū statum, ac dignitatem recuperent,
 atque auctoritatē, imperiumque consequantur; quid reliquis ex-
 pectandum est, quam cum summa omnium rerū perturbatione, vin-
 cula, proscriptiones, exilia, & cædes, patefacta via Hispanis odio Diti-
 onum adhuc flagrantibus recuperandi eas quandocunq; voluerint,
 administrantibus Rempub. eorum amicis, socijs, & confederatis, qui
 eorū beneficio restituti Patriæ, & Dignitati pristinæ sine illis arbitra-
 buntur vitam sibi non satis securam fore? Et huius periculi procliui-
 ore occasionem reddunt separata, & particularia cum Hannonien.
 & Arthesiens. in propriam eorum perniciem, ac præiudicium vi-
 cinarum Prouinciarum subtiliter excogitata fœdera, & Hispanorū,
 si forte (vt Græci Troia) simulatè abire incipient, voluntatem & ob-
 sequium conscribendi exercitus, obligationes, nec non iuxta 16. & 17.
 Articulorum decreta, de tradendis ilicò omnibus ciuitatibus, fortalitijs, armis, & munitionibus Gubernatori generali ex arbitrio Re-
 gis Catholici designando. Quod superioribus annis in Conuentu
 Bredensi soli Hollandi, Zeelandique recusarunt, & in fœdere Can-
 densi expressè pro securitate sua contrarium stipulati sunt, & con-
 uenerunt: ita vt per Articulum illum 17. contra Pacem Ganden-
 sem Principi Aurora prærogatiua Gubernationis admatur, & Hol-
 landis, Zeelandisque, ac Bommelensibus eorum confederatis im-
 peretur, Ciuitatum, Castrorum, & munitionum (in quibus securita-
 tem

CXV.

tem suam habent positam) restitutio, & insuper denegetur omnibus
Prouincij in vniuersum ea securitas, sine qua Hollandi, Zeelandique
solidum vicinis reconciliari noluerunt, & qua sublata Prouinciales
fragilitate solius iuramenti muniti, sese inimicis recenter reconcilia-
tis committerent, quod humana fugit ratio & natura abhorret. Ete-
niam compertum est, quam parua in Regnum & Principatu caus-
sis iurisurandi plerunque habeatur ratio, & quam faciles sint dis-
pensiones, & absolutiones Pontificiae, maximè si Maiestas Imperij
imminuta dicatur, aut iniustitia foederis cum rebellibus Subditis ini-
tiallegatur, aut colore extirpandarum heresum prætendatur. Cuius
occasione ante annos aliquot vidimus Galliam pacatam miserabili
strage subito conturbari, & cadaueribus occisorum repleri. Et quam-
uis Edicto perpetuo publicato Dominus Ioannes Austriacus pa-
cupandorum castrorum, & fortalitorum, nec non per clandestina con-
filia cum Ducibus Germanorum militum conatus est, nisi pacem illam
Gandens, abrumpere, & neglectis pactis publicis liberum Dominatum
per omnes Prouincias acquirere? In quem finem etiam nunc specta-
re videtur frequens, & per multos Articulos cum pace Gandensi con-
functa commemoratio dicti Edicti perpetui: quod ab Hollandis, Ze-
landisque ab initio constanter, aperteque repudiatum est, ab alijs si-
ne magna discussione incaute admissum fuit. Vnde causa omnium
calamitatum nostrarum processit, & fax sequentium bellorum ac-
censa fuit, propter generalem & simplicem promissionem & obligati-
onem de conseruanda Religione Catholica Romana, quæ illi Edi-
cto inserta fuit, & in vim cuius Ioannes Austriacus mox ab initio
Ordines ad arma sumenda Religionis ergo impellere tentauit, &
ipse Rex superstruendo (cum omnes Ordines Baroni de Selles, Com-
missario Maiestatis Catholicæ, se offerrent paratos secundum ter-
minos pacis Gandensis, & Religionis obseruantiam & obedienti-
am superioritatis exhibere) Pacem illam Gandensem tanquam in-
famem, & scandalis obnoxiam reiecit, atque improbavit, redu-
ctisque Hispanis, alijsque exteris, crudelissimum bellum redinte-
grauit, ut absolutum Imperium, & Religionis obseruantiam, qua-
lis tempore Caroli Quinti Imperatoris fuerat, restauraret: ut res
ipsa ostendit, et euidentius constat ex communicatione cum di-
cto Barone de Selles habita, eiusque instructione, et literis Regijs,
per cum allatis, quæ cum literis Ioannis Austriaci publice impres-
se, in omnium manibus versantur. Vnde Prouinciales animad-
vertentes possessionem, et usum Pacis Gandensis à Rege dene-
gari, et aperto bello, atque incitatis dissidijs intestinis hoc agi-
vit qui à Romana Religione declinauerant, et ad veterem mo-
rem, ritumque fidei, qui tempore Caroli Quinti fuerat, regredi-
nollent, vel expellerentur, vel opprimerentur, derelictis cancellis

CXVI.

dictæ pacis, quam retinere non licebat, in tantas turbas reciderunt, ut ad euitādam totius Reipub. subuersiōnem necesse fuerit vlt̄ius pro-
gredi, & primo per literas mutuæ securitatis, deinde per concordiam
Religionis, aliaque pacta Ciuium tranquillitati prospicere. Ob quod
magno odio digni sunt, & detestabiles, qui Prouinciales, aut Ordines
inconstantia, & quodammodo periurij culpāt, quod admissō exerci-
cio alterius religionis intra terminos dictæ pacis Gandensis non con-
stiterint: cum Rex, Regij Duces, & Consiliarij prætextu, dicti Edicti
perpetui, & quarundam harum (de quibus mox dicetur) prius pacem
illam tanquam infamem reiecerint, atque vsum illius armis adimere,
omniaque ad acerbitatem veteris inquisitionis reuocare tentauerint.
Sic vt Ordinibus aut Prouincialibus (etiam cum maximè vellent &
optarent cum quiete & tutela Ecclesiasticorum) nō licuerit dictæ pa-
cis conditionibus adhærere, & vlt̄iora incommoda, atque inconve-
nientia, quæ acciderunt, declinare propter contraria Regiorū Ducū,
atque militū studia: adeo vt præter liberum arbitrium Prouincialiū
in mutando pacē illā, quā inter se contraxerant, Regis Catholici seue-
ritas, & Reip. declinatio imminentū periculorū, quæ ex illato bello &
incitatis subditorum dissidijs metuebātur, mutationem induixerint:
quod merito ad excusationem Ordinum valere debet. Nihil enim
imputatur ei, quem impedit potentior, aut cui noua causa superue-
nit, aut quoties publica necessitas ad euitandas ciuiles dissensiones &
declinanda hostilis exercitus pericula mutationem exigit. Nam Rei-
pub. quieti omnes leges attemperandæ sunt, omnesque dispositiones
& conuentiones intelliguntur rebus sic stantibus & in eodem statu
manentibus. Illi enim solum fidem fallunt, & inconstantia crimen
contrahunt, qui cum eadem maneant, quæ erant tempore fidei datæ,
non præstant id de quo actum est: non etiam si mutatio superuenerit,
aut aliquid inciderit quod impedit, maximè si (vt est in proposito)
causa mutationis & impedimenti ab eo, cum quo agitur, proces-
serit, & præsens periculum tumultum, quod ex reuocatio-
ne illa pacis Gandensis Regij sperabant, certissimum immineat. Ex
quibus causis etiam diluitur, quod de literis Ordinum ad Regem scri-
ptis adducitur. Nam si forte olim ante Pacem Gandensem Particula-
res Ordines Regi Catholico per literas obtulerint Religionis statum
tempore Caroli Quinti vigentem, id vniuersitati Prouinciarū non
præjudicat, & sequens pacis Ganden. interpositio atque omniū rerū
mutatio efficit, ne subditi tam ingentibus malis circumuenti, tot bel-
lis, alijsque casibus vexati, nunc ex interuallo angustijs talium litera-
rum, quarum executionem, & obseruationem temporis ratio pror-
sus constituit impossibilem, coarctari possint, aut debeant. Post vero
pacem Ganden. in quicquid prætendatur in contrariū nō, putamus
aliquas reperiri literas communi Ordinum consensi scriptas, quæ
recte expensæ terminos dictæ Pacis Ganden. egrediantur: ut per iusti-
fica-

CXVII.

ificationem Ordinum aduersus assertionem Ioannis Austriac*i* publicis monumentis clarissimè demonstratum est. Quinetiam si Deputati Ordinum post pacem Gandensem liberalius aut Imperatori, aut Regi scripsissent, per hoc tamen non subuerteretur publicum fœdus. Gandense absque speciali consensu singularum Prouinciarum, à quibus illud solenniter probatum & acceptatum fuit; Nec impediretur Ordines postatrox bellum sibi à Rege illatum, & diu continua- tum, tumultusque inde secutos à prioribus consilijs discedere, atque ad alia confugere, quæ necessitati vel vtilitati Reipub. conueniunt, & ad Ciuium concordiam retinendam requiruntur, vti anno iam elapso & amplius metu instantis mutationis apud Cæsarem protestatussumus in solemnilla, & per Ordinum concordiam ap- probata responsione: quam Maest. suæ Imperiali transmisimus per Aulicum suum Consiliariū Baronem in Stubing. Cuius exemplum his adiunximus. Et quæ in tanta rerum mutatione præpondera- re debet antecedentibus epistolis, quarum causa in hoc rerum statu variationem accepit, & cum Regia Maiestas adeo fixo iudicio Pacem Gandensem semel improbauerit, & tantis bellorum sumptibus ha- stenus eradicare tentauerit, iustum dubitationem habemus de blan- dimentis, quæ specie dictæ pacis Nobilitati & populo fiunt, verentes ne inter tot stipata exterorum agmina hoc solum agatur, vt per capti- onem populi incitatis maioribus dissensionibus insidiæ ex æquo om- nibus parentur. Nam si Rex pacem illam rebus Prouinciarū in melio- ri loco constitutis improbauit, quis credet post calamitates Ditioni- bus illatas, & tantos belli sumptus factos Regem ex animo pacem illam Gandensem nunc ex interuallo probabilē iudicare? & subdi- tis serio offerre? Et contraria argumenta manifeste suppeditant dicto- rum articulorum inuoluta conceptio, & dictæ pacis derogatio, non solum circa auctoritatem Principis Auraici, & securitatem Hollan- dorum, & Zelandorum, verumetiam per Edicti perpetui accumula- tam obseruationem, & expressam preſcriptionē, quæ duobus articu- lis de Religione conceptis inseritur, per quā subdit*i* reliquarum Ditionum nō obscure angustioribus vinculis, quam priorū pactorum concluduntur, coarctanturque omnes secundū prætensam Edicti perpetui obligationem ad professionem, & vsum fidei Romanae. Ut ostendit effusa dispositio dictorū Articulorum, & sequens exceptio, qua Gandensis, respectu religionis ad solos Hollandos, Zelandosque, ac Bōmelenses restringitur: & quanquam sequenti articulo, prætex- tu benigitatis alij, qui à fide illa recesserunt, tolerētur: Id tamē cū ea restitutio*n*e indulgetur, vt solū securitatē habeant aduersus rigorem Regiorū placitorū, & si ex Ditionibus discedant bonorū suorū curā Catholicis administratoribus relinquere, et reuertentes Catholicē vi- uere, et curatis Ecclesiasticarū, et Magistratibus locorum de ea refi- dem facere cogantur, quod Paci Gandensi proſsus est contrarium,

CXVIII.

Secundam quam liberum est omnibus absque astrictione, & profesiōne vnius vel alterius religionis venire, morari, conuersari, recedere, & reuerti, & committere administrationē rerū suarum cuilibet pro arbitrio. Ita vt verbis ad augēdum intestina dissidia vulgo speciosa fiat pacis Gandensis ostentatio, reuera autem in totum beneficium illius subuertatur, reuocatis omnibus ad veterem morem, secundū quem vigebant aduersus quōlibet inquisitiones, excommunicatiōnes, aggrauationes, reaggrauationes, brachij secularis inuocationes, & similia, quæ rebus, atque temporibus accōmodari non possunt sine immortalibus Prouinciarum ac Ciuitatum inimicitijs, sine seditiōnibus, & cädibus Ciuium, & euidenti reliquarum tam religionis quā auctoritatis discrimine. Ex quibus perspicue intelligent Cels. & Dign. V. subitaneam illam rerum mutationem Ordinibus nimium esse periculosam: ac proinde necessitatem Reipub. maiorem quandam diētorum articulorum moderationem exigēte longe vltra terminos pacis Gandensis, ne exemplo superiorum temporum non multo postea eisdem, vel maioribus agitemur tumultibus; aut cum summo insidiarum periculo moram dūtaxat aliquam his malis producamus. Et vt ad alia veniamus, omnes vident, quantis ambagibus inuoluantur, & in, quam longum tempus differatur innocentis Comitis Bureniani restitutio ac liberatio, videlicet donec Princeps Auraicus adimpluerit ea, de quibus cum ipso transigetur per singularem capitulationem, ad quam propter fidem datam vniuersitati Prouinciarum, & post expirationem termini communicationi præstituti compertum est, Excellens. suam non posse descendere: quemadmodum intelligimus ipsam vestris Celsi. & Dign. per literas respondisse. Vnde quantum périculi ex dictis Articulis & Patri & filio non sine grauissima Prouinciarum omnium perturbatione immineat facile est discerne-re. Illud quoque animaduersionem desiderat, nullam neque pro Regina Angliæ, Duce Alenzo, alijsque confœderatis, imo nec pro ipso Archiduce Matthia idoneam capitulationem illis articulis contingeri. Denique gesta, decretaque ipsius Archiducis & Ordinum in quā fragilibus relinquuntur fundamentis, inuolucra exceptionum additarum ostendunt. Quæ omnia repræsentanda atque oculis nostrorum addenda duximus, vt Celsi. & Dign. vestræ causas malorum nostrorum proprius intuerentur, intelligerentque nec leues, nec improbabiles difficultates circa dictos articulos incidere, præsertim in ista summa animorum exasperatione & diffidentia, diuersitate Capitulationum Principis Parmensis, Ducisque de Terra noua, atq; dubitatione atque incertitudine omnium rerum. Et dum secundum promissa Parmentisis Hannoniensibus atque Arthesiensibus facta, exercitus Hispanorum intraterminum præstitutum non decesserit, & in p̄fatis Articulis de tempore, quo abire debeat nihil determinate conuenerit, multique nō iniuste, & ex indicijs non obscuris suspicentur illorum pro-

CXIX.

propositum, ac institutum esse Ditiones istas nō derelinquere, quodque omnia per simulationem fiant, vt lenocinio pacis Subditorum animis erectis maiores turbas, ac seditiones concitent, atque ita viam parent procedendi ad Prouinciarum penetralia cum miserabili omnium virtutum oppressione. Cumque in mora sit periculum, nec ita celeriter, vt rerum status postulat, suffragia Prouinciarum obtineri, & conciliari possint, praeclarissimum & vniuersæ Reipubl. Christianæ utilissimum studium esset, si Cæsarea Maiestas, & Celsitud. et Dign. vestræ auctoritatem suam interponerent, et ex officio propo-sitis idoneis atque efficacibus remedij aduersus incommoda superius relata, aliaque illis similia Regem Hispaniarum, aut Ducem de Terra noua, eius Commissarium inducerent ad conditiones æquiores, securiores, & statui praesentis Reipubl. magis conuenientes, et tales, quæ in vniuerso prosint omnibus, et quas reuera tabulas pacificatorias appellare, et æternitati cum omnium securitate consecrare liceat. In quo, si quemadmodum confidimus, Celsitud. et Dign. vestræ apud Regem operam, diligentiamque impenderint, laudem consequentur apud omnes homines immortalem, et Ordines, ac Provincias perpetuo obsequendi studio arctioribus vinculis sibi astrinxgent. Nos interim non cessabimus Prouinciarum vota, suffragiaque requirere, ac per primam oportunitatem transmittere. Deus Pacis Author Celsitud. et Dign. vestras in inchoata pace perficienda confirmet, et in felicitate diutissime conseruet incolumes. Ex Antverpa decima Septembri, Anno Domini 1579.

Cels. & Dign. V.

Deditissimi Ordines Belgij.

Ad Mandatum supradictorum
Ordinum.

Houfflin ffc.

Superscriptio talis erat,

Reuerendiss. Illustrissimis, Generosis, Nobilibus, Prudentibus et Circumspectis Dominis, Electoribus, et Principibus Sacri Imperij, nec non Legatis, et Commissariis Sac. Cæs. Maiest:

Coloniam.

RESPON.

CXX.

Num. LVII.

RESPONSIO ORDINVM GENERALIVM GER-
 maniae inferioris ad propositionem Illustris Domini Seyfredi Preyner Ba-
 ronis in Stubing, & Aulici Cæs. Maiestatis Consiliarij, &
 Legati, data Antuerpiæ 20. Mensis Iu-
 lij, 1578.



Rælati, Nobiles, ac Prouinciarum Ciuitatumq;
 Germaniae inferioris Delegati, qui vniuersos Or-
 dines repræsentant, immortales Sacræ Cæs. Ma-
 iest. summa cum animi submissione, atque obser-
 uantia agunt gratias: quod post violatas à Ioanne
 Austriaco pacis conditiones secùdo Legationem
 huc destinare, & Illustrum Dominum Seyfridū
 Preyner Barone in Stubing, & Aulicum Maiest. suæ Consiliarium
 Legatum ad se mittere dignata sit. Qui pro officio, & candore suo, stu-
 dioque, quo has Ditiones prosequitur, singularem benevolentiam
 & amorem Sacræ Cæs. Maiest. erga istas inferioris Germaniae Prouin-
 cias, nec non synceritatem, curam & sollicitudinem pro salute, & trā-
 quillitate ipsarum Ditionum à Maiest. sua exhibitam cum luculenta
 beneficiorum (quæ nulla vel temporis diuturnitate, vel calamita-
 tum magnitudine obliterabuntur) commemoratione clarissime ex-
 posuit.

Et cum omnia amplissima sint, quæ S. Cæs. Maiest. pro salute ha-
 rum Prouinciarum procurauit, tum illud etiam maximi pôderis, &
 præcipui momenti existimant, quod S. Maiest. Hispaniarum Regem
 cohortata est, vt suæ Maiest. rem omnem permitteret, & ab armorum
 consilio desisteret. Deinde quod sacri Imperij Principes Electores
 admonuerit, vt in personis propriis in Conuentu VVormaciæ con-
 uenirent, & per se ipsos deliberarent de rationibus, quibus tandem
 hæ Prouinciaz in pristinum statum restitui possent, & quid de postu-
 latis vtriusque partis constituendum foret.

Quod vero ad præteritas oblationes attinet, recordantur Ordin-
 nes, atque in recenti memoria habent, tenorem literarum, & scripto-
 rum, quibus vt Regi Catholico reconciliarentur, vt certam formam
 Reipub. ac Religionis retinerent, ac tranquillam vitam ducerent, pro-
 fessi sunt ante annos aliquot, se neque ab obedientia Maiest. luæ, ne-
 que à Religione Catholica Romana recessuros, quemadmodum eti-
 am superiori anno post pacem Gandaui initam, & Cæsareæ, & Regiæ
 Maiest. literis denuo declararunt, se in eadem obedientia ac religione
 secundum terminos dictæ Pacis permansuros, si reuocato intollerabi-
 li Hispanorum, aliorumque exterorum imperio quietè & secure
 possessiones suas cum Vxoribus, & liberis retinere possint. Quin eti-
 am post violatas ab Austriaco pacis conditiones, & bello miserabili
 infe-

CXXI.

infestati, & cùm antea sàpè decepti propter insidiarum periculum ab vteriori congressu abhorrerent, ne quid intentatum relinquent, quod ad pacem fulciendam & restaurandam pertineret, Baroni de Selles Regis Catholici Legato eadem, quæ prius obtulerunt, addita aperta significatione, & necessaria protestatione imminentium periculorū, tum in religione, tum in dicta obedientia: Si Regia Maiestas differendo pateretur subditorū diffidentiā, & desperationē lōgius procedere. Verùm Maiestas sua nunquam in tempore dignata est humiles supplicationes, & lachrymabiles preces suorum subditorum admittere, & exaudire: quinimo, quod est miserabilius, pro beneuolo, clementi que responso ab Ordinibus certissimè expectato, & nouissimè à Domino de Selles constanter affirmato, & promisso iustissimas preces Ordinum reiecit, pacta, transactaque Gadauenia solenniter approbata, irrita fecit, & suos subditos crudelissimo bello aggressus est, remittendo auxilia militaria vnde cunque contracta ad exequenda turbulentia ac perniciosa Ioannis Austriaci consilia.

Quo factum est, vt tanta Reipubl. perturbatio, tantaque malorum (quæ bellum secum trahit) inundatio cum magna animorum alienatione secuta sit, vt merito dubites, an priora illa promissa, & oblationes (præsertim relatione facta ad tempora Caroli Quinti, quæ nunc serò à Maiestate sua vrgentur) hoc periculo tempore adimplere vel possibile sit, vel etiam expedit. Et præterea cùm Maiestas sua inita Pacificationis Gadauenis obseruare detrectet, non omnino mirum videri debet, si Subditi vicissim se à vinculis dictorum pactorum respectu Regis liberatos existimant.

Et cùm per belli calamitates cura Religionis stabiliendæ diffusa culter retineatur, dolent, & ingemiscunt Ordines labi oportunitatem, & tempus, quo commodè remedium adhiberi possit: præsertim inualecente licentia militari & morum dissolutione, quæ ex progressu funesti Belli inducitur. Cuius authoribus, non populo aut Ordinibus irascendum est: quibus in hac rerum peristhasi magis Ciuium suorum concordiam procurare necesse est, quam contentionem tutandæ Religionis Hispanorum insolentiam confitmare, & trophæum contra seipso erigere, vt in tanta animorum desperatione, & infinita multitudine diuersam Religionem sequentium vrbes eorum exagitare seditionibus, & cædibus ab exteris tandem diripiatur, & euertantur. Adeò enim sui compendij cum Ordinum dispendio studiosi sunt Aduersarij, vt per Religionis abusum Provinciarum seruitutem, & calamitatem stabilire conentur, & incitato Religionis dissidio popularibus seditionibus (quas per varias præditiones moliuntur) vires Ordinum debilitent, atque infirment, & tandem absque discrimine tam Catholicos, quam eos, qui à Romanæ religione discesserunt, minori negocio aggrediantur, & opprimat redintegrata Hispanorū tyrannide, & intolerabili imperio secundum

Q.

per.

CXXI.

pernicio^m cōsilium Secretarii Escouedii, in quo p̄cipuam spem,
& principalem scopum actionum suarum constituunt. Ita ut metu-
endum sit, ne Ordines inter duo mala constituti cogantur aliqui
remedio Ciuium concordiam retinere potius, quām Rempub. dese-
rere, & exteris instantibus vitam, vxores, liberos, & possessiones eui-
denti periculo exponere.

Ex quo fit perspicuum, non Ordinum culpa, sed mōra, et perni-
ciosis consiliis, quibus Regia Maiestas imprudenter acquiescit, om-
nia in deterius, et quasi ruinam collabi. Quo enim studio, qua sedu-
litate Ordines superioribus annis (cum res, tempusque ferebant)
cum Regia obedientia Religionem sartam testamque conseruare
conati sint, Deus inspecto^r animorum nouit, et res ipsa, quā
anno sexagesimo sexto gesta est, ante aduentum Ducis Albani
luculenter testatur. Quibus autem calumnijs, & iniuriis impro-
bissimorum quorundam hominum, præsertim Albani, & se-
quacium suorum sanguinem Subditorum sipientium, Maiestas
sua malo quodam fato in transuersum acta, & ab omni cle-
mentia alienata fuerit, cum doloris acerbitate recordantur
omnes. Vnde enim quietis, & tranquillitatis remedia speraban-
tur, inde maximæ molestiæ & turbulentissimæ tempestates ema-
narunt.

His itaque consideratis, Sacra Cæsarea Maiestas facile animad-
uertit per Ioannem Austriacum, aliosque male consulentes Ditio-
nes istas in maiorem confusionem recidere, atque disturbari occasio-
nem exequendarum priorum oblationum sublata causa, ex qua
factæ erant. Nam oblationes illæ factæ fuerunt, cum Ordines spe-
rarent Rempub. calamitatibus liberatam iri; Regem perniciosis
consiliis abiectis à bello abstenturum; Ordines conuenturos vt de
communi vniuersæ Reipublicæ bono communicarent, quā neque
ad humiles preces subditorū, neque adfrequentes & serias Imperato-
riæ Maiestatis, aliorumque Principum intercessiones obtineri potu-
erunt culpa eorum, qui improbè, temerè, imprudenter, ferociter,
& inhumaniter in his rebus versati sint, & statum politicum omni-
modo perturbarunt: quibus propterea omnia imputanda sunt.

Quemadmodum etiam mirum videri non debet, si in hoc rerum
statu subditi Regem non tam religiose venerentur, à quo bello gra-
uissimo Prouinciae impetuntur, & maioribus cladibus afficiuntur,
quam vnquam à maximo inimico pertulerunt. Etenim defensio Iu-
ris naturalis est, et si vasallo ob negatam iustitiam licet Dominum de-
prædari, & inter Dominum & subditum mutua sit obligatio, nul-
lum vituperium Ordinibus ascribendum est, si post obtentam erga
Principes suos fidei, & constantiæ laudem male tractati, pro defensio-
ne libertatis, & vitæ aduersus cum arma sumant, à quo armis, & bello
inuaduntur.

Et cum

CXXII.

Et cum omnes eorum beneficiorum maxime meminisse soleant, quæ in calamitatibus acceperunt, summa est occasio, qua Cæs. Maiest. & Principes Sacri Imperij bene mereri possunt de Ditionibus Belgicis, & simul nō minus sibi ipsis, quam illis prodesse, si missis superpetijs militaribus afflictos Belgas vicinos, & membra Sacri Imperij aduersus Exterorum vim, atque ferociam promptè tueantur, atque illos, qui inferiorem Germaniam oppugnant, & Illustrissimum Archiducem Matthiam Cæsareæ Maiestatis germanum fratrem, illarum Prouinciarum moderatissimum Gubernatorem cum ignorantia, tum ipsius, tum ipsis Ordinum deturbare conantur, ab armis deterrant, tutelam atque protectionem Belgicarum Ditionū suscipiant. Quæ promptissima ratio conseruandi Imperij Belgici, vel Regi Catholico, vel Domui Austriacæ, antequam deseriti Ordines de exteri Principis auxilijs certiora concludant consilia.

Quæ quidem consilia de exteri Principis auxilijs non ignorant suis incommodis non carere, tamen eiusmodi sunt, quæ eos praesenti calamitate et belli metu possunt liberare. Quod utinam Cæsarea Maiestas & Sacri Imperij Principes & iam sibi faciendum proposuerint, hoc est, Prouincias Imperio confederatas, & quarum ruinna magnam Imperij partem inimicis patefaciet, praesenti auxilio confirmare potius, quam Commissarijs rem gerere. Nam et si non dubitent Maiestatem Cæsaream sedulo procurare ea, quæ existimat facere ad pacem his prouincijs restituendam, tanquam cum reipsa Ordines experiantur, quam parum spes sit ponendum in rebus adeo incertis & in voluntate inimicorum positis, humiliter orant suam Maiestatem, ut ignoscat Ordinibus, quod in iis suæ Maiestatis consilio, & voluntati obsequi minus possunt. Nam cum etiamnum incertum sit Ioannes Austriacus quantum Maiestati tribuat, & quid de cessatione ab armis, & reliquis mandatis suæ Maiestatis facturus sit, facile putant intelligi posse, quam non conueniens, neque consultum sit de Induciis, & armorum suspensione mentem, & voluntatem declarare, sed cum ab initio Ordines semper pacificationi non insidiosæ operam dederint, & nihil aliud desiderent, quam conseruata Patriæ libertate in pace viuere, aperte profitentur Ordines sese pacis tractationem minime reiicere, sed eam summopere desiderare, quæ tot ærumnarū, & calamitatum, quæ proueniunt ex bello omnium malorū Lerna promptam leuationem adferre possit. Quamobrē non potest non Ordinibus esse gratissimum, quod iterum Sua Maiestas Commissarios Cæsareos præcipuæ auctoritatis, ac neutri parti suspectos ad sese destinauerit: Quodque pacis tractationem per Oratorem suum apud Regiam Maiestatem in Hispaniis etiamnum prosequatur, & omni maiori studio urget quæ in re solicitudinem & curam, quam sua Cæsarea Maiestas suscepit, et nec intermissuram sperant

CXXIII.

pro Prouinciarum salute huiusmodi agnoscunt; ita magis ac magis se suæ Cæsareæ Maiestati, pro tam immensis beneficijs obligatos confitentur. Id vnum postulant, ut veniam det, si nihilominus interea suæ securitati prospectum velint: ita tamen, ut iura inclytæ Austriae Domus, & fœdera à Prouincijs cum Sacro Imperio inita, quantum fieri poterit, conseruentur, quæ sane, ut neque Regis Hispaniarum auctoritatem, si tandem ad Subditorum supplicationes, et preces adhibeat æquas aures nullo modo imminui patientur.

Et cum ex his, quæ dicta sunt, & quæ Legatus coram suis oculis animaduertere potuit, Illustriss. Cæs. Maiestatis Legato satis quamquam & iustum sit desiderium Ordinum constare possit, hoc vnum petunt, et roganter Ordines, ut Legatus fideliter suæ Cæs. Maiestati expponat, quæ ad salutem & conseruationem Prouinciarum Inferioris Germaniae pertinebunt: & quod in eam rem operam diligentem pollicetur, summas agunt gratias, quas referre Ordines parati sunt.

Num. LVIII.

SACRAE CAES. MAIEST. AD NEGOTIVM *Pacificationis Belgicæ deputati Commissarij.*

Illustres, Reuerendi, Generosi, Nobiles, & Cir-
cumspiceti.



Iteras vestras decima Septembribus Antwerpia datas vicesima septima eiusdem, postquam literæ nostræ his adiunctæ scriptæ, signatae, & Tabellario tradendæ essent, à Legatis vestris accepimus, que post moram tam diuturnam nihil aliud à vobis, & Prouincijs Belgicis, quam certum responsum & mediorum propositorum acceptationem audiè expectauimus: ita ex literis vestris nihilominus, quam certam Belgicarum Prouinciarum resolutionem & desideratam acceptationem colligere potuimus. Sed potius Prouinciarum responsum in aliam, necquam, oportunitatem reiectum, & interim non pauca propositorum mediorum, & præcedentiū transactionum capitula plenissimo stylo in dubium reuocata, & pleraque sinistrè interpretata, omnemque ferè spem pacis conciliandæ nobis ablatam esse intelleximus. Quanquam autem ea, quæ in literis vestris comprehensa sunt, bonis & firmis rationibus impugnari, & elidi possent: tamen nec operæ pretium, nec nostrarā partium esse arbitramur, tam amplum nouæ disputationis, vel altercationis campum ingredi, vel noua media, quasi hactenus nihil actum esset, proponere, nouamque transactionem æquè incerto euentu inchoare. Cùm igitur nec

à Re-

CXXV.

Regio Mandatario intelligere potuerimus, quod amplius, quam in medijs propositis, & transmissis comprehensum est, concedere velit, nec nostra, nostrorumque Subditorum negotia admittant nos diutius hic immorari, non possumus non adiunctis nostris literis inhaerere: Ita tamen, ut terminum in ijsdem expreſſum, vsque ad ultimum diem præsentis mensis Octobris prorogemus. Infra quem termi-
nū si certam resolutionem Prouinciarum Belgicarum, & accep-
tationem mediorum propositorum non acceperimus, tactationi
huic finem imposituri, S. Cæſ. Maieſt. omnia fideliter relaturi, & si-
ne ulteriori mora hinc discessuri sumus. Si vero Prouinciae Belgicæ
infra eundem terminum dicta media acceptauerint, nobisque id per
literas significauerint, suisque Legatis Mandatum ad hanc Pacifica-
tionem confirmandam, & stabiendam necessarium miserint, ut vos
semotis quibuscumque affectibus, & dissidentia omni seposita pro-
moturos confidimus: nos rursus tam diligenter & sedulo cum Re-
gio Mandatario, Duce de Terra noua, Legatisque vestris de confirma-
tione, & inuiolabili obſeruatione eiusdem pacificationis agemus. Et
quicquid ad eam rem necessarium videbitur, ea dexteritate promo-
uebimus, ut non dubitemus, insidias & suspiciones illas, de quibus
mentionem facitis, nullum hic locum habituras. Interim vobis qua-
cumque benevolentiae officia offerimus. Datum Coloniae tertia O-
ctobris, Anno 1579:

Statibus generalibus Belgij Ant-
verpiæ congregatis.

Num. LIX.

RÈVERENDISSIMES, ET ILLVSTRISS. ELE-
cteurs, & Princes du Sainct Empire, Genereux Nobles &
puissances Seigneurs les Commissaires de la Sa-
cree Maieſté Imperialle,



OV'S estans empeschiez a prendre resolution fur les Ar-
ticles de paix, & reconciliation proposez au nom de sa
Maieſté Catholicque par voz Excellences & Seigneuries
a Messieurs les Députez des Estatz generaulx assemblez
en la Ville D'Anuers a nous enuoyes par lesdits Estatz,
Nous ont esté le quynziesme de ce mois renduez, en ceste
Ville les lettres de vosditz Excellences et Seigneuries, l'an
ne en datte du cinquiesme de Auguft, et l'autre du vingtneufiesme dudit mois,
avec les Articles de paix accompagnées des lettres de l'Illustriſſime Seigneur
et Duc de Terra noua, Nous enchargeant d'incontinent donner fur iceulx
Artis

CXXVI.

Articles nostre resolution, & tenuoyer a Couloigne a vostditz Excellences & Seigneuries, comme plus amplement contiennent icelles lettres, pour ausquelles satisfaire: Il plaira entendre, que de nostre part en ceste Ville, on a tousiours suuy, obserué & entretenu la Pacification faict a Gand, l'Union depuis ensuyue, & l'Edict perpetuel, en tous leurs poinctz. Nayans en rien plus au cœur, que de viure en bonne paix, repos & tranquillité, & en toute bonne deuotion & obeissance vers sa Majesté, nostre Prince naturel & souuerain Seigneur. Et considerans, que a Majesté Catholique par lesdicts Articles promet maintenir, & faire entretenir lesdicts Pacification de Gand, l'Union & Edict perpetuel en tous leurs poinctz, Comme aussi les privilegez, usages & coutumes de chacune prouince & ville, faire retirer les Espaignolz, & autres gens de guerres estrangiers, & plusieurs autres poinctz plus amplement reprins par lesdicts Articles. Ne pourions ou scaurions assez remercier sa Majesté de sa grace, faueur & amour, qu'elle port sa ses pays & subjectz. Comme aussi vosdicts Excellences & Seigneuries de la peine & trauail, qu'elles ont en ceste cause, pour aduancer le bien & repos de ces pays. Nous tenans a tousiours obligez a le recognoistre. Mais comme trouvons avoir, quelque diuersité aux susdicts articles, & ceulx arrestez par sa dite Majesté, avec les Prouinces d'Artois, Haynaut, & autres associez, trouuerons soubz toute humble reuerence & correction pour la meilleure & seure paix & Union des prouvinces expedient, qu'il plaist a la Sacree Majesté Imperiale, & vosdicts Excellences & Seigneuries, tant faire qu'icelle diuersité soit ostée, & iceulz Articles reduictz en vne conformité. Se poantes vosdicts Excellences & Seigneuries bien assurer, que de nostre part ne desirons rien plus que d'embrasser la paix et reconciliation avec sa Majesté, nostre Prince naturel, & souuerain Seigneur, luy rendant toute deue obeissance. Et comme ceste Ville est enclauée dedans le pays de Haynault, voisine aussi des pays d'Artois, Lille, Douay & Orchiers associees, ayant les Bourgeois de ceste Ville leurs principaulx biens & reuenuz annuelz esdicts Prouinces reconciliees. Et duquel pays de Haynault, ladicté ville est pourueue & assise de viures ordinaires, & les autres viures & marchandises venans d'autre pays, ny peuvent arriuer sans passer ledictz pays de Haynault. Et que a ceste cause est bien expedient, requis & nécessaire pour le bien et conseruation de ceste Ville, d'entretenir bonne voisinance & amitié avecq ledictz pays, loing que tous les susdicts Articles, tant les vngs que les autres, semblent têdre a vne mesme fin & but, qui est de recepuoir les subjectz de ces pays en recôciliation avec sa Majesté, leur Prince naturel et souuerain Seigneur. Nous avons conceu ferme espoir confiance, que voz Excellences & Seigneuries entendantes par cestes assez clairement nostre désir & bonne intention, se tiendront satisfactz de nous, & ne trouueront mauuais, si nous prendrons l'espace demeurement nous conseiller, & par apres resouldre d'embrasser la mesme payx d'Artois, Haynault, & associez nos circonuoisins en temps & lieu, & en dedans le terme qu'y nous est donné & prescrit, comme aussi a toutes autres Prouinces & Villes, par ledict accord & traite d'y pouvoir entre, pendant lequel a temps on espere aussi de veoir les effectz des choses y promises & accordees.

Reuerendissimes, Illustrissimes Princes & Electeurs de S. Empire, Gener
reux,

CXXVII.

reux, Nobles, et puissans Seigneurs, les Commissaires de la Sacréé Maiesté Imperialle, prions le Createur continuer a voz Excellences et Seigneuries ses grāces, et donner accomplissement de leurs nobles vertueux desirs en toute felicité.
De Valenciennes ce xix. de Septembre 1579.

De voz Excell. et Seigneuries,

Treshumbls et obeissans seruiteurs, Preuot,
Jurez, Eschirs, Conseil, Corps et Communaute de la Ville de Valenciennes.

A l'Ordonnance desdicts Seigneurs.

Poultreman ffc

La superscription estoit,

A Meſſeigneurs,
Meſſeigneurs les Reuerendissimes, Illuſtrissimes Princes et
Electeurs du Sainct Empire, Generoux, Nobles et puissans Seigneurs, les Commissaires de la Sacréé Maiesté Imperialle, assembliez en la Ville du Coulogne, pour la Pacification du pays bas.

Num. LX.

SACRAE CAES. MAIEST. AD NEGOTIVM
Belgiæ Pacificationis deputati Commissarij.

Spectabiles, Prudentes, & Circumſpecti.

 Iteræ vestræ decimanona Septembris datæ, nobis ante paucos dies sunt redditæ : Ex quibus magna animi voluptate intelleximus, vos pacem & reconciliationem cum Rege Catholico, Princepe ac Domino nostro naturali neutiquam recusare, sed tantum causas quasdam allegare, quare cōsultius videatur, vos eos potius articulos, quos Arthesij, Hannoniensis, & eorundem confœderati inierunt, quam media hic proposita acceptare. Quod cūm ita sit, & utriusque Articuli, vt verèscribitis, ad eundem scopum reconciliationis tendant, meritò liberum vobis relinquimus, utrum conditiones pacis hic propositas, vel Arthesijs & Hannoniensibus concessas, recipere velitis: eiusdem que sententiæ etiam Regium Mandatarium, Ducem de Terra noua esse intelleximus. Tantum id vobis significandum duximus: quod si media hic proposita, omnibusque nondum reconciliatis Prouincijs, & Ciuitatibus Belgicis transmissa, acceptare, & ea in re nostra opera vti volueritis, necessarium esse, vt ante finem huius mensis Octobris id no-

CXXVIII.

id nobis indicetis: Nam eum terminum peremptorium ad hoc statuimus. Interim vos sedulo & diligenter adhortamur, vt in sententia vestra, qua pacem & reconciliationem cum Rege Catholico ini-
re statuistis, constanter persistatis, & ab ea nulla ratione, quantum-
uis speciosa, vos dimoueri patiamini. Quod reliquum est, non tan-
tum à Deo petimus & optamus, vt is in pace oblata, acceptanda, &
perficienda vos confirmet, sed & omnia benevolentiae officia vobis
promptè offerimus. Datæ Coloniæ tertia Mensis Octobris, An-
no 1579.

Ciuitati Valencenx.

Num. LXI.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GE-
neroſi, Nobiles, Sacrae Caſareæ Maieſtatis
Comiſſary.

Llustrissimus Dux Arſchottanus, & nos reliqui Ordinum Legati, literas illas, quas placuit Celsitud. & Dign. vestris ad Ordines Generales scribere, quārum exemplum nudius tertius nobis traditum est, perlegimus, &, vt rogati & iussi fuimus, easdem literas ad illos transmisimus. Sed cūm præter spem nostram acciderit, quod in ijs nihil Ordinibus ad grauamina ista, quæ plus quam manifeſtē se in Articulis pacificationis exhibitis reperire ostendunt, reſponſum fit, nec vlla Ordinibus ſpes detur maioris alicuius moderationis, & gratiæ, ſuper qua firma pax inter Serenissimum Regem, & ipſos conſtituatur; Sed potius in contrarium omnis illa ſpes ijs per literas iſtas præcidatur; ſolliciti ne inde maior aliqua alienatio à Rege, vel ſinistra ſuspicio de hoc tractatu apud Deputatos Provinciarum (quorum conuentus breui habebitur) ſuboriantur quare non ſolum omnia iſta, quæ hactenus acta ſunt, in nihilum re-digentur. Sed grauiora tam ab una, quam ab altera parte conſilijs & factis ac cidere neceſſe fit: Propterea Celsitud. & Dignita. V. iterum enixiſſimè rogas volumus, ne grauentur vel nouis li- teris ad Ordines datis, vel ſcripto nobis tradito, vt illius eos cer-tiores ante Conuentum iſtum faciamus, obſacula & impedimen-ta illa, quorum Ordines in literis ſuis mentionem faciunt, per nouam declarationem tollere, mediaque proposita ita mo-derari, & reformare, vt ex ijs firmiorem ſecuritatem omnes ſub-di, deinde maiorem reuerentiam erga Deum & Regem, dum

CXXIX.

dum in animis suis vtriusque Maiestati satisfacere poterunt, conse-
quuntur.

Ad quam rem similiter submissis animis intercessionis vestre of-
ficiū imploramus. Cuius respectu Celsitud. & Dign. V. haud moue-
re debet, quod Dux de Terra noua circa quædam se difficultorē præ-
beat: sed vestræ gratiæ incumbere putamus ea ad minimū consentire,
quæ conditio & status Reipubl. nostræ præsens necessario exigere &
flagitare videtur. Actum Coloniæ 12. Octob. Anno 1579.

Num. LXII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GE- neroſi, Nobiles, Sacrae Cæſareæ Maiestatis Commissarij.



Ecimaoctaua huius mensis redditæ nobis fuerunt
binæ literæ Celsit. vestrarum, datæ Coloniæ quin-
ta & vigesima nona Augusti, vna cum exemplis
earum, quæ ad Deputatos Ordinum Antwerpianæ
scriptæ fuerunt, nec non mediorum proposito-
rum ad pacem ineundam. Quibus exhortati fui-
mus negotium hocce ea dexteritate promouere,
ut quamprimum ad ea media paci & tranquillitati patriæ conuenienti-
ens responsum, & Legatis Ordinum sufficiens Mandatum trans-
mitteretur, aut cuiuslibet alterius Prouinciaæ, vel Ciuitatis longi-
ori protelatione non attenta nostram resolutionem & senten-
tiam de ijs medijs negocio couenientem in forma authentica Cel-
situdinibus vestris renunciari curaremus. Qua in re agnouimus Sa-
crae Cæſareæ Maiest. & Celsitud. Dignitatumque vestrarum in nos,
cæterasque Prouincias Belgicas summam benevolentiam, officiaque
erga omnium salutem, quod pristinæ tranquillitati & quieti restitu-
tui possint, eoque nomine quam possumus maximas gratias agi-
mus Celsitudinibus & Dignitatibus vestris, quas interea certiores
reddi cupimus, nos hoc in negocio omnem nauasse operam, & va-
nè cum tota huiuscce Ciuitatis communitate in ea esse sententia, vt
Ordines Regi concilientur, pacemque ineant illis medijs paulo am-
plioriforma conceptis, vt scripto eis misso, nec non Serenitati Archidia-
ducis Matthiæ annotauimus. Ad quos etiam latè scripsimus, quæ
ad pacem suadendam expedire existimauimus. Qua ratione spera-
mus, breui Celsitudinibus, Dignitatibusque vestris responsum da-
tum iri, quo pax in vniuersum per hasce Prouincias iniri possit. Qua-
in re Celsitudin. Dignitat. que vestrarum operam, officiaque peti-
mus, vt breui hocce negotium confici queat. Itaq; nos omnes maxi-
xime deuinctos habituri estis, & Sacra Cæſarea Maiestas ob tantum

R

& ima

CXXX.

& immortale beneficium sibi perpetuo addictos. Quam, vosque omnes Deus Opt. Max. diu seruet incolumes, vobisque prosperrima largiatur. Datum Tornaci 26. Septembris 1579.

Celsitudinibus, Dignitatibusque vestris
ad omnia paratissimi,

D. Ordinum mandato:

De Landas ff.

Superscriptio talis erat,

Reuerendiss. Illustriss. Generosis, Nobilibus, Principibus, Electoribus, cæterisque Sacræ Cæsareæ Maiest. Commissarijs.

Coloniæ.

Num. LXIII.

Messeigneurs,


Yans entēdu par le contenu des lettres de voz Excellences & Illustriss. Seigneuries accompagnées de celles du Seigneur Duc de Terra noua, la peine, soing & trauail continuell, qu'icelles ont pris, & prendent iournellement pour reduire ces pouures & desolez pays a vne bonne paix, vnon & concorde generalle tant desiderée. Et quoyaultāt humblement & affectueusement, que nous est possible en remercions voz Excellences, les aduissant qu'auons enuoyé aux Estatz generaulx, la resolution par nous prise sur le faict de ladicta paix & reconciliation avec sa Maiesté, Esperans que lesdicts Estatz ne fauldront de donner vne bonne & fructueuse responce a voz Excellences, pour paruenir a ladicta paix. A quoy reuerons voz Excellences tenir la bonne main. Qui sera bendoict.

Messeigneurs, ou prierons Dieu maintenir voz Excellences & Illustriss. Seigneuries en bonne prospérité, apres nous auoir recominadé a leurs bonnes graces. De Tournay le xxvi. de Septembre 1579.

De voz Exccell. & Illustriss. Seigneuries
appareillez seruiteurs.

Les Estatz du Tourneyss.

Par Ordonnance desdicts Estatz.

Pretabarre ff.

La superscription estoit,

A Messeigneurs.

Messeigneurs les Princes & Eleéteurs du sainct Empire, & autres Commissaires de la Maiesté Imperialle, estans

ACouloigne.

Reue-

CXXXI.

Num. LXIII.



Euerendissimi, Illustriss. Generosiq; Principes, Electores, Comites, ac cæteri nobilitate generis viri clarissimi, Sac. Cæs. Maiest. ad negotium Pacificationis Belgicæ Coloniæ cum Regis Principis nostri Mandatario, Duce de Terra noua, & Legatis Ordinum Belgij restituendæ deputati Commissarij : Nos obedientissimi subscripti vestris Celsitudinibus ac Dominationibus maximas agimus gratias, quod vestræ Celsitud. ac Dom. ex Sacræ Cæs. Maiest. mandato hactenus ad has Prouincias Belgicas, ex diuturni, & calamitosi belli (proh dolor) incendio eripiendas ac liberandas, suis ac subditorum suorum causis hactenus sepositis, ac suspensis, neglectisque fese dignatae sint occupare. Quod autem ad vestrarum Celsitud. & Dominationum literas iam tandem responderemus, causa alia non est, quam quod Archiducis Austriae, Gubernatoris harum Belgicarum Prouinciarum Generalis literæ Mandati deluper, cum missis Articulis pacis (cuius tamen Mandatum de eodem negotio antea ad nos destinatum, per grassatores interceptum verè didicimus) serius ad nostras manus peruenient. Et ante conclusum Conuentus Ordinum totius Geldriæ Ducatus, Comitatusque Zutphaniæ mandato Archiducis Gubernatoris Generalis descripti recessum, non potuimus respondere. Quare nunc absolute, ac celebrato Arnhemij, huius Geldriæ prouinciæ Conuentu, ac datis resolutionibus generalibus de postulandis pacis Articulis, vnanimi huius Prouinciæ consensu, concepta ac instituta resolutio, ad Archiducem Generalem Gubernatorem per se Deputatos transmittenda, mox sine dubio ad vestras Celsitud. & Dominationes (diuina gratia) perferetur. Suplices igitur vestras Celsitudines & Dominationes rogamus, atque obtulamur, ne eæ vlla longiori mora defessa, huic Pacificationis negotio vterius adesse detrectent: verum in eo continuando & perficiendo perseverent, ac per Archiducem Præsidem Generalem de Articulis pacis, vnanimi totius Belgij Prouinciarum consensu resolutionem & sententiam huic negotio conuenientem ad vestras Celsitudines ac Dominationes transmissam, ita & eo animo ponderandam accipiant, vt nos ad diu expectatæ, atque optatæ pacis tranquillitatem ac salutem perueniamus. Quod faxit Dominus Deus Omnipotens, in cuius manu omnia sunt. Datum Nouiomagij dæcimosexto Calend. Octobr. Anno incarnationis Christi 1579.

Vestrarum Celsitud. & Dominat. obedientissimi Magistratus, & Ciues Ciuitatis Nouiomag.

R 2

Super.

CXXXII.

Superscriptio talis erat.

Reuerendis, Illustriſſimis, Generoſisque Principibus, Elec-
ribus, Comitibus, atque cæteris nobilitate generis viris clarissi-
mis, Sacræ Cæſareæ Maiestatis ad negotium pacificationis Bel-
gicæ Coloniae cum Regis Principis nostri Mandatario Duce de
Terranoua, & Legatis Ordinum Belgij restituende deputatis
Comiſſarijs, Dominis nostris Clementiſſimis, amiciſq; melonge
addictiſsimis.

Num. L X V.

REVERENDIſſIMI, ILLVSTRISSIMI QVE,
D. Electores Principesque Generosi, & Nobiles, Sacræ
Cæſareæ Maiestatis, delegati longe
digniſſimi.



Vantumuisvarię ſubſint cauſæ, & quidem grauiſſimæ, propter quaſ vix operæ pretium fore cre-
diderim ad contenta literarum mandato Ordinū
Belgij Antuerpiæ congregatorum iam pridem
decima superioris menſis Septembris ad ampliſſi-
mum veſtrum confeſſum datarum, ac deinceps
mihi communicatarum prolixius aut curioſius
reſpondere. Tamen veritus ne qua erroris facti grauior torsan im-
preſſio vſpiam locorum, præſertim vero apud incautiores ex ijs, quæ
adeo temere aſſeruntur, quo modolibet cauſari queat, credidi ad fun-
ctionis meæ debitum omnino nihil tam pertinere, quam nedum vi-
tiosos scopulos eiusmodi contentioſæ ſcriptionis detegere, verum
etiam ad conforimationem illorum, qui reuera pacem in Domino ſiti-
unt ipsam demum facti veritatē ab omni circumuentioniſ fuco
deteflam breuiter ob oculos ponere,

Principio quod attinet ad ſpecioſas illas excuſationes ſubterfu-
giorum transmissionis mandati plenioris, ut pote ad utrumque effe-
ctum tam conclusionis quam tractationis ſufficiunt, vere mirāda res
eft, quod Ordines Belgij adeo ſobrie meminerint, nō dicam propriæ
ſalutis, ſed decoris & respectus, quæ multis nominibus debent Sacræ
Cæſareæ Maiestati tanto interceſſori, atque adeo etiam ampliſſimo
huic veſtro confeſſui, cuius indeſeffam ſolicitudinem coniunctam cū
tanta æquanimitate nemo ſatis laudauerit vñquam: fuere enim ante
ſequi annum dicti Ordines omnium primi, qui pertæſi ærumnarū
ac ſumptuum Belli, iam ſupplicarunt ſuæ Maiestati Cæſareæ quate-
nus ne dedignaretur obſequium fauorabilis interceſſionis laboranti
populo Belgico apud ſuam Maiestatem Catholicam clementer im-
partiri. Cæſar autem ſupplicibus non ſolum alacriter morem geffit,
Quini-

CXXXII.

quinimo & instituto hoc celeberrimo conuentu nihil non eorum prouidenter disposuit, quæ ad negocium congruæ reconciliatio-
nis Subditorum cum suo Principe supremo ac naturali rite tum in-
choandum, tum etiam feliciter consummandum, opportuna fore
credidit. Rex autem Catholicus, pro consueta animi sui mansuetudi-
one, Cæsareo consilio acquiescens, me suū Mandatarium non minus
ampliā sufficienti procuratione legitime instructū, huc ad presen-
tem conuentum destinauit. Professus vtique coram vniuerso orbe
terrarum, omnino nihil acceptius sibi in hoc Christianæ Reipublicæ
ambiguo statu obuenire posse, quam si interuentu amicabilis com-
positionis Cæsareæ, ac mediante sedula cooperatione vestrarum Cels.
vel tandem motibus Belgicis reuera securus ac lætissimus finis (Deo
auspice) imponeretur. Quo quidem tempore licet supradicti Ordin-
es, tanquam qui priores implorarant auxilium eiusdem Maiestatis
Cæsareæ merito debuerant etiam priores in arenam pacificatoriam
descendisse, nec non legitima ac sufficientia mandata suis mandata-
rijs concredidisse: Tamen secus accidit quandoquidem ipsi non nisi
iusto interhallo, post meum in hanc Ciuitatem aduentum, suos má-
datarios destinauere, & hos quidem longe sterrioribus mandatis
suffultos, quam quæ vllijs recte sentientis iudicio sufficientia repu-
tarimeruerint. Grauius autem illud est quod post tot menses iam
elapsos, quantumuis humaniter ac frequenter iam præmoniti & an-
tea requisiti, ne hoc quidem tempore de ampliori mandato transmit-
tendo vix vllam spem faciant. Ex quibus proculdubio vehemens ori-
tur suspicio, aut deputatos Ordines non tam pacis quā belli protra-
hendi arcana consilia clam populo meditari: aut de legatorum suo-
rum probitate & candore minus, quam deceat, confidere. Nam susti-
nent quod natura rei principalis, ipsaque ratio & consuetudo repug-
liberum & absolutum; denique ipsos præterea legatos eiusmodi
sum extitisset, haud dubie repudiatus fuisse, ac insuper, quod natu-
ra rei talis est, quæ antecedentē partium disceptationem requirens,
nequaquam ab initio circumscribi, certisque cancellis concludi po-
tuerit: nemo profecto tam leuiter versatus est in negotijs Regnorū
aut Rerum pub. grauioribus, qui non vltro iudicet, eiusmodi alle-
gata, haud aliud præ se ferre, quam speciosa quædam verba, & quidē
folijs (vt dici solet) leuiora caducis. Nam vt breuitatis ergo rationes
contrariae & vetustiora exempla omittantur, tantum consideretur
quænam rerum facies, quæ pacis initia, cuiusue generis manda-
ta, qualisque tractatio, & postremo quā facilis & expedita suprema
totius negotij conclusio, tēpore pacis Gandauenſis nuper extiterit,
comperietur sane nec prouincias particularem tunc temporis cū tan-
to apparatu, vt nunc sit, consultas fuisse, imo vix vnicum mensem

CXXXIII.

vniuerso negocio impartitum extitisse. Quid mirum? cum eo tempore Ordinum Deputati, ipsorumque Deputatorum primaria capita non minus quam ipse met simplex popellus pacem ex intimis animi præcordijs appetebant. Quæ quidem mēs, ac voluntasī modo peccantes Ordinum deputatos in hæc usque tempora perseverassent, iam vtrique exoptata reconciliatione potiremur, nec circa angustiam mandati procreationis adhuc dum laboraremus, potissimum legatis Ordinum maiore ut numero, ita propter excelsiorem nobilitatem Duodeni fuerint, indubitanter nunc præditis; et quod præcipuum est, causam sibi commissam prosecuturis coram amplissimo isto vestro confessu. Cuius sane æquabilis rectitudo, & summa integritas comitata per insigni rerum agendarum prudentia ac dexteritate, longe notior est, ac maior quam ut fas fuerit ullatenus suspicari coram eiuscmodi Cæsareis Delegatis populo Belgico ullum fucum fieri, aut præiudicium generari potuisse.

Eiusdem quoque ponderis seu considerationis esse videtur modus illa qureimonia, quæ supradictis literis distinguitur in Excel. principem Parmensem, Gubernatorem & Capitaneū generalem, quem Deputati Ordinum Antwerpianæ congregatorū eo potissimum nomine criminantur, tanquam is sit, qui in contemptum (vt aiunt) Cæsareæ Maiestatis ac huius denique celeberrimi conuentus Author fuerit, nedum distractionis Prouinciarum, quinimo & grauissimum dissidiorum inter subditos excitatorum: Opinor sane de Arthesia, Hannonia, Insulepsibus, Duacensibus, Valenchensibus, imo & Mechlinia, ac cæteris cordatioribus dicere ipsos voluisse. En quid non audet animus male affectus? Quid enim opus erat hanc Cameranam mouere? poterat, me Hercle, taceri hoc, præsertim cum ipsimet Deputati non ignorent, unde nam vera causa & origo distractionis earundem Prouinciarum nuper manarent. Imo ne eius quidem rei oblitos arbitror, cuius ipse met Princeps Auraicus, vna cum suis sectatoribus tum grauiter, tum vere ab Arthesiensibus & socijs, partim publicis, partim priuatis scriptis insimulentur, de violatione pacis Gandauensis, Edictique perpetua ac unionis subsecutæ, atque isthinc causam distractionis Prouinciarum reuera manasse, nequaquam vero à Principe Parmensi, quem notorie constat, hocce in negotio haud aliud unquam molitus fuisse, quam quod Prouincijs varietatem excessum, qui passim contra Deum ac ipsum quoque bonum publicum, non sine manifesta collusione capitum dictorum Deputatorū passim in prouincijs committebantur, diutius ferre & tollerare præanimi honesti magnitudine nequeuntibus, nec non eam potissimum ob causam ad serenitatem reconciliationis cum sua Maiestate Catholica quasi suopte motu aspiratibus, ultro occurrentum iudicarit, atque eatenus ad nutantium solamen & confortationem manum auxilia-

CXXXIIII.

xiliarem porrexerit. Quis enim Regi fidus minister præsertim vero Deum timens, suamque religionem in antiqua & auita puritate colens, oblata eiuscmodi occasione, tam pingui & oportuna non idem præstitus fuerat? potissimum certioratus de studioſa fabricatione nouæ vnionis Traiectensis, quā certo constabat nonnullos bellii, quā pacis appetentes haud alio fine, scopoque & intentione tunc temporis procurare, quam ut ne futuræ reconciliationi (de qua in prætiarum nobis cura) etiam sua obstacula & scrupuli deforent.

Ex ordine sequuntur illa, quæ iuxta dispositionem Articuli novi, circa mutuam hinc inde restitutionem officiorum & functionum publicarum parum discrete taxantur, nec id solum, quinimo & prauis suspicionibus animi subditorum præoccupantur, vt nec ordinum Deputati reuereantur hoc loco inculcare de vinculis, proscriptiōnibus, cædibus, exilijsque casu, quo contingat ministros publicos qui partes Regis constanter fecerūt, rursum & quasi post liminio ad vetera exercitia suarum functionum redire. Cæterum considerato opus quam manifesta iniuste & iniustitia hæc tam incivilis prætensionis laborat. Prouisio nanque officiorum ab omni æuo spectauit exclusiue ad S. Maiestatem tanquam supremum principem ac verum patrem Patriæ. Eadem sua Maiestas olim ante præsentes motus prouidit ijs, quos iudicauit ad munera publica capeſſenda præ ceteris magis idoneos, quorum maior pars durante hac fluctuatione adhæſit Ordinibus & populo, minor autē imo & paucissimi adhæſere suæ Maiestati: accedit præterea quod Ordines nulla licet authoritate suffulti, tamen de facto processerunt ad priuationem illorum, qui Regias partes tutati sunt, Rex autem quodiure potuit consimilis destitutionis nota, etiam perstrinxit omnes illos, qui suas partes sequi recusarūt, usque adeo, quod hinc inde fulmina priuationum in publicum manarint. Quorum tollendorum ac purgandorum gratia, quid obsecro potuit, ad veram animorum conglutinationem iterato stabienda iustius & æquabilius excogitari, quam hinc inde priuatos & destitutos rursus mutuae redintegrationis consolatione liberaliter recreare? prout iustissime non minus quam prudentissime disponitur Articulo supradicto nono. Et proinde velle nunc arcere a pristinis suis functionibus solos regi fidos ministros, quid hoc aliud foret, quam prorsus eneruato omni vigore & succo Articuli primi disponentis de vniuersali obliuione omnium eorum, quæ haec tenus processere veteres suspiciones, odia, similitates & diffidentias ter maximo præiudicio salutis & tranquillitatis publicæ denuo instaurare? Foret enim ministris Regijs tum graue tum probrosum nimis ad eum modum à suo Rege ac Principe deserit, vt ne hoc silentio præteream exemplum turpisimum fore, & omnino nihil tam pugnare cum officio, imo & compendio suę Maiestatis quam ad eiuscmodi contumeliam suis inferendam quoquomodo conniuere. Nam id si faceret, quis obsecro nega-

CXXXVI.

negarit, quin ultra alia grauissima dispendia in posterum resultatura; etiam omnium iudicio censendus foret aperte confiteri, Armorum & causæ iniustitiam haud dudie à parte sua hactenus stetisse? Quāobrem si deputati Ordinum proprij honoris conseruandi gratia, nolint videri in armis contra fas & æquum fuisse, ratio sane dictat, tantumdem ut permittant Regi suo Principi naturali, à quo & eius maiores subinde tam ingentia beneficia accepere. Est profecto modus in rebus, nec semper prodest, Principis existimationem affricasse nimis quam cordati subditi iure astringuntur non minus quam propriam mordicūs tueri; & quam latissime tum Domi tum foris propagare. Est enim honos & reputatio ipsius Principis haud leue decoramentum populi, sicut etiam lege diuina vetitum Principi populorum tāquam subditorum censuræ exempto maledicere, aut illius famam vilius defecetu aspergine quomodolibet apud posteros maculare. Quod indubitanter secuturum foret, casu quo Rex suos ministros ad eum modum floccipendens, culpam Belli nedum præsentis, quinimo & præteriti saltem per obliquum pateretur nomini suo ascribi, tanquam ministris suis, parum abest quin noxæ deditis, cæteris autem contrarijs, & ijs quidem solis veluti ob rem præclarè gestam, gloria & honore coronatis.

Quibus proxima sunt decreta Articulorum 16. & 17. statuentium de Ciuitatibus, Oppidis, Castris, fortalitijs, Armis & munitionibus Gubernatori generali ex arbitrio suæ Maiestatis designando trandis. Quorum decretorum licet tam exuberans sit æquitas, quod vel cælitus de prompta videri queant; tamen nec reprehensionis acrimoniam euitare potuere, quæ ijs potissimum nixa videtur rationibus. Quod olim in conuentu Bredensi soli Hollādi eiuscmodi quid recusarint. Quod etiam Principi Auraico prærogatiua gubernationis hac via adimatur. Quod non nisi sobria futura securitas Provincia rum in vniuersum tanquam ex sola, vt aiunt, fragilitate Regij iuris iurandi suum munimen & assecurationem consecutra. Posteriorius quod in regnorum ac Principatum causis permodica ratio iuris iurandi haberi soleat, ipsosque denique Pontifices circa absolutiones à Iuramento plerunque indulgentiores se exhibere, quam vt magnopere illos fatigare sit necesse. En quibus coloribus, vt ne dicam præstigijs, infelix Populus à gustu seu approbatione Articulorum propositorum alienatur? Quasi vero difficile sit iudicio penetrare quorū hæc maleuada consilia scriptaque indecora tendant? Verummittantur ista, tantumque serio expendatur, quam prorsus congruat iuri & rationi, quod S. Maiestas Catholica paratissimus, in signū veræ ac perpetuæ reconciliationis Ordinibus ac Populo reddere vniuersa; quæ hactenus vlo iusto prætextu sibi competierunt, etiam viceversa nunc beneficio præsentis reconciliationis pari paſtu recuperet sua, alioqui quid profuerit Sacrae Maiest. nihil non Ordinibus & populo

CXXXVII.

pulo clementer indulsisse, deque suo iure plurima cessisse, & postremo etiam mero pacis studio arma in vniuersum depofuisse, si nihilominus ijs rebus ac præminentibus spoliatus, manere cogatur, quarum contemplatione arma potissimum suscepit. Sed quid opus est huic negotio prolixius immorari? quandoquidem res ipsa tantoperè sit iusta, debitaque, ac prorsus ordinaria, quod etiamsi in pactis Articulorum silentio testa aut præterita mansisset, tamen realiter praestanda, imo & suæ Maiestati, tanquam naturam ac iurato Principi patriæ, in testimonium redintegrati amoris, atque adeo & obedientiæ debitæ ab Ordinibus, & populo sponte offerenda fuerat. Prout etiam illa, quæ à Deputatis Ordinum literis insetuntur circa defectum securitatis Provinciarum, longè vniuersa sunt, quam ut vlla confutatione egeant. Eo maximè, quod ipsem tenor eiusdem Articuli decimoseptimi tanquam prouidus interpres suimet ipsius luculenter testetur, quanta dexteritate ab amplissimo vestro confessu prospectum sit, ne quis fucus aut dolus ab eiusmodi obsequio redintegrardarum Ciuitatum & Fortalitiorum Ordinibus vel Subditis vlo vnquam tempore pertimescendus veniat. Non enim simpliciter disponitur, quasi res illa, quæ forsan suspicionibus nonnihil obnoxia videri poterat, solius Gubernatoris Generalis arbitrio absolutè concredita censeatur, sed quod teneatur ex consilio grauissimorum Senatorum supremi consilij rerum Status, ea ipsa loca, quæ ab omni memoria præsidium habuere, rursum custodienda concredere naturalibus patriæ, & quidem astringendis peculiari iurejurando de conceptis hisce Articulis firmiter obseruandis. Quocirca si illi, quibus hæc ipsa Fortalitia comitterentur, naturales erunt Subditi: si denique eiusmodi tales per Gubernatorem Generalem cooptandi erunt, de gremio subditorum iuxta consilium Senatorum consilij Status, qui & ipsimet quoque Senatores naturales erunt, quis tandem poterit reperiri, adeo suspicax doli, cui saluo pudore licet profiteri? At esto, quod ne hæc quidem perabundans cautela ad plenissimam securitatem sufficere iudicetur, tamen propter ea nec tum oppugnandus erat præsens iste Articulus. Quandoquidem si ad plenitudinem securitatis, ultra ea, quæ in dicto Articulo tum præuisa, tum prouisa reperiuntur, quicquam adhuc pro cumulo desiderabatur, cui dubium, quin id ipsum qualecumque tandem fuerit largissime suppleri potuerit ex dispositione Articulorum postrema? Quo loco visum fuit Amplissimo vestro confessui, non sine iustis de causis ea, quæ spectant ad certitudinem stabilis ac firmæ obseruantiæ huius pacificationis, vsq; in finem consummati negotij principalis reseruare.

Leuioris præterea momenti sunt illa, quæ prolixa verborum serie, inter cetera literis subiectuntur de actionibus inclytæ me-

CXXXVIII.

moriæ quondam Ioannis Austriaci. Nam ille quisnam , qualis , & quantus dum vixit reuera semper fuerit , quæque sua intima consilia , studiaque olim extiterint , haud opus est mortalium dubijs testimonijs pugnando conuincere . Postquam misericors , omnipo- tens & infallibilis Deus , tot & tantarum illustrium victoriarum oportuna largitione , satis superque orbi terrarum , quasi digito ostenderit , quam opinionem de zelo , de pietate , deque illæso animi candidore eiusdem inuictissimi Austriaci , ac postremo etiam de iustitia suæ causa nos mortales (qui specie recti adeo frequenter fallimur) concipere voluerit . Tantum illud subiecero : Quod si Ordines Belgij reueræ , quæ publicam concernunt salutem , saperent , simul & nouissima præuiderent , nequaquam se continere possent , quin immaturum obitum tam Excelsi & magnanimi viri perpetuo luctu prosequerentur . Illud autem silentio præteriri nequit , quod pene eodem contextu suggeritur , de Edicto perpetuo ab Hollandis Zelandisque olim aperte repudiato , quasi vero ex ea re non potius Hollandorum per insignis contumacia , quam iustitia defectionis à suis confederatis plus quam evidenter detegatur . Ratio autem in promptu est , quod vniuerso Belgio notorium sit , Edictum , de quo agitur , non clam , sed palam , non in priuatis , sed particularum Provinciarum Comitijs , sed in publicis , & in ijs quidem generalibus vniuersorum Ordinum Belgij , nimirum in ipsa Ciuitate Bruxellensi , (vbi etiam Hollandi , Zelandique suos peculiares Nuncios & Legatos in numero competenti sua libera suffragia deponentes tunc temporis ibidem præsentes habuere) tandem post varias communicaciones ultro citroq; cum ipsomet , tunc superstite Seren. Joanne Austriaco habitos conceptum , contextum , ac deinceps solemniter euulgatum fuisse . Vnde liquido constat non minus ipsos Hollandos , sociosque quam cæteros Ordines ad eiusdem Edicti ex pluralitate suffragiorum ritè ac legitimè stabiliti , inuiolabilem obseruantiam , quois iure astricatos fuisse . Est enim iure non minus cautum , quam ex naturali ratione evidentissimum , haud esse in potestate paucorum , qui sint de Collegio , dum lubet se eximere à vinculo seu nexu publici decreti , quod maiori & saniori parti Comitiorum placuit : præsertim vero , cum inficias ire nequeunt , se nedum cum alijs deliberationi interfuisse , verumetiā ad perorationem vsque patienter auditos fuisse . Quod multis quoque se vertant supradicti Deputati Antwerpientes , fateantur necesse est parum syncerè , minùsve consulto se facere , qui suggestione eiuscmodi leuissimorum argumentorū studeant apudimperitum vulgus hosce Articulos optima fide ad Belgij salutem propositos , tanquam captiosos aut minimè tutos diffamare : siquidem longè facilius sit , populum anxijs opinionibus semel imbuere , quam imbutum postea dedocere .

Eodem spectat , quæ de Barone Sellio , olim Regio Commissario , deque

CXXXIX.

de quæ sua instructione, ac literis Regijs simul & ipsa iustificatione Ordinum ob pacem Gandauensem minus rotudè seruatam, ac denique ob religionem Catholicam nimis temerariè varijs in locis, etiam extra limites Hollandiæ, Zelandieque violatam & conculcata in longè prolixius, quæm solidius demōstratur. Nam ipsa veritate verius est, quod S. Maest. nec non & Austriacus Gubernator generalis, nihil vñquam ardentioribus votis optarint, quā pacem Gandauensem, Vnionemq; subsecutam, vñā cum Edicto perpetuo adeo solemniter firmato, in omnibus suis articulis, nullo prorsus excepto, ad amūssim omni tempore, & quauis occasione in uiolabiliter seruare. Nec dubiū, quin effetus omni ex parte subsecuturus fuerat, nisi Princeps Aūraicus vñā cum suis Articulis nondum satiatit turbis annorum p̄æcedentiū, illico post gubernaculis Austraicum inauguratum, cœpisset animuni conuertere, non solum ad calumniosissimas quasque, & reuera contortas Articulorum dictæ pacis interpretationes, verumetia ad perpetua insidiarū conamina tam contra personā Gubernatoris Austriaci, quæm cæteros ministros Regis, à se, suisque studijs (vtisuspicabatur) alieniores quæm ferre poterat. Qua de causa optimus Rex planè inuitus, & prorsus contra quā animo secū cōstituerat, cogebatur arma iteratò resumere, gladioque vltore iniuriam sibi, ac fratri Austriaco, recenter à malè reconciliatis Subditis illatam (quoad eius in se fuit) propulsare, vnde etiā occasio nata, quod dicto Barone Sellio in Belgium ab se destinato, Ordinum Deputatis notificari curauit, non tam ipsam pacem Gandensem sibi displicere, quæm iustissimis de causis se diffidere, quod Princeps Aūraicus, vñā cum suis eadem pace, secundum verū & genuinum intellectū vñquam rectè usuri forent. Quod ignorare nequibat, quæm parū syncerè tractati fuerant Harlemenses, Amsterdamenses, ac plætæq; aliæ Ciuitates, iugū gubernationis Aūraicæ recenter tunc subire coacte, vt ne taceā, de plerisque dogmatibus emissarijs ad seducendū populū in religione, & consequēter quiduis audendū contra salutem publicā ter maximo numero contra iurata pacta Gandensis pacis in viscera Catholicarū Prouinciarum sparsim submissis. Verum esto, quod Rex ob causas supradictas, seu alias quaspiam grauiores, præsertim verò ob minus candidè adimpta promissa, tam religionis, quæm authoritatis sibi debita, à pace Gandise, se tunc forsitan alienorē ostendisset. Tamen quid respōsuti sunt Deputati ad obligatoria pacta, quibus obstricti fuere suis comprouin cialibus, atq; adeo etiā Deo Omnipotēti, quem solēniter iurātes pacta Vnionis generalis, sibi tum testem, tum vltorē constituere, casu quo patrarentur, extra Hollandiam circa Religionis Catholicæ obseruantiam ullam infractionē obrepere? Quia in re an fidem socijs promissam opere compleuerint, ipsi viderint, imo si lubet, in testes appellentur Arthesienses, Hannonienses, Duacenses, Insulenses, Valen chenses, Mechlinienses, Buscoduenses, & plætique alij, quos gratia

CXL.

Dei illustratos, nulla profecto ætas, pro merito virilis constantiae erga nostram audiam Religionem ylo vñquam tempore laudauerit fastis. Sunt enim illi, qui decreta Pacis Gaudensia, Edictum; perpetui, & Vnionis subsecutæ ad amissim seruantes, summo iure nunc cōque runtur à cæteris Ordinibus contra omnē rationem se desertos fuisse.

- Et ob id nec magno odio digni, multo aut minus detestabiles (vt verbas sunt literarū) iudicandi videntur illi, qui de Ordinū inconstantia, vt ne addam de perjurio, subinde suas querelas coram populo depo- nunt. Prout etiam minimè decet, culpam adeo notoriè propriomet vitio contractam in Regem, suosque Duces & Consiliarios, vel alios quoslibet reijsere, sed potius succedanea emendatione, quod pec- catum est, humiliter & obsequiose corrigere. Sed quid agas? nouos in- uexit mores: vtinam ne peiores. Nemo videri vult labem contraxisse, vnde mirum superos in populorum flagellis adeo rigorose & incle- menter adhucdum perseverare.

Superest autē paucis confutare rationes, quibus iustificatio cau- sarum alteratæ veteris religionis potissimum fortificari videtur. Princi- pio namque asseritur nouam causam superuenisse. Illud autem quo- tielcunque accidit, toties obligatum à vinculo, cui astrictus reperia- tur, iure solutū censeri. Pulchra (me hercle) futura excusatio, si mo- do ne pariter iuris foret notorij, omnino frustra pro excusatione ex- cessus allegari, superuenientiam causæ nouæ, quam quis ipsem et suo vitio seu dolo causare nequaquam erubuerit. Nam qui dolo, seu lata cul- pa desit possidere, aut ea possidet, ad quæ ex pacto tenebatur, haud dubiè condemnadus venit, perinde ac si possideret & posset. Etenim quæ latior culpa cōmitti potuit, quæ quod Deputati Ordinū post ex- clusum Gubernatorē Austriacū tunc rerū absolutè potiūtes, summā regiminis vltro concredidere Principi Auraico & suis. Quorū mores & impetuosa studia nauādæ religionis nequaquam ignorare potuerūt. Accedit præterea quām manifestè colluserint tam circa temerariā de- stitutionem penè omnium Magistratum Catholicorum, quām etiā subdolam inuestigationem Pacis (vt aiunt) religionis. Qua quidein fene- stra semel aperta, quid enim tunc Ordines minus commisissi iudican- di sunt, quām si ex proposito in omnem apostaticam licentiā habe- nis laxatis, ipsam demū religionem Catholicam quarūlibet Sectario- rum cupidini totaliter prostituere animus fuisse? Reliqua verò, quæ ampliandæ iustificationis ergo accumulantur de necessitate publica, deque ciuilium dissensionum evitazione, aut declinatione periculo- rum hostilis exercitus, illa vt nec succum præ se ferunt, ita nec res- ponsum merentur. Nam quæ potuit tanta fuisse necessitas publi- ca, quin si Ordines aut Magistratum gerere, aut vigilantis Guber- natoris Generalis Officio fungi didicissent, potuissent vtique, si mo- dò serio conari lubuisset, Populum in officio, imo & ipsum quo- que Principem Auraicum intra cancellos sui iuramenti continuisse?

Neque

CXLI.

Neque enim ipse tantus erat Auraicus, quin fræno tempestive adhibito, tum Regi, tum etiam ab ausu temerario coerceri potuerit, neque etiam tam benefice de Ordinibus vñquam ipse meritus, quod beneficiorum respectu in sole scens sibi vllam proteruiam vel contumaciam excusabilem fore ausus fuisset sperare, si quidem probe adhuc memor in quantas olim angustias post eruptam Zelandis Insulam & Ciuitatem Xirissensem coniectus fuerat. Et quantopere hoc ipsum quod interea tum ad vitam tum fortunas sibi acreuerit Ordinibus Statuum velit nolit acceptum ferre cogitur.

Omnium fere prædictorum fragilissima sunt, quæ circa extenuationem literarū, ab Ordinibus iam anteatum ad Cæsarem tum Regem super Articulo Religionis datarum, nō sine manifesta perplexitate scribentibus quodāmodo ex occasione, & non nisi obiter inseruntur. Fuerit n. literarum dictator quicunque velit, haud dubie cōsultius fecisset, si ne quidem illas attigisset. Nam vt plurimæ aliquæ omittantur, tamen omnium ad instar esse poterit sola illa Epistola, quæ aūspicio vniuersitatis Ordinum Belgij, & quidem de expressa eorumdem mandato per Cornelium VVellemans ex Oppido Bruxellensi octaua die mensis Ianuarij, Anno Nat. Domini 1579. etiam post inchoatos posteriores motus, nec non aduentum Archiducis Matthiæ ad Cæsarem scripta reperiuntur. Cuius quidem epistolæ clausulam huc respiciētem ad pleniorē veritatis facti elucidationem hoc loco de verbo ad verbum inferere libuit. Et in primis Maiestatem suam precamur, vt nos aduersus fictas inimicorum nostrorum calumnias apud Regē Catholicum Principem nostrū clementissimum favore suo iuuare, & quo cœpit amore prosequi dignetur. S. Maiest. tuæ affirmantes & pollicentes nos nunquā fuisse nec esse, nec fore alterius sententiæ, quā vt hic catholica sanctæ Romanæ Ecclesiæ religio colatur, & suæ Ma. Regiæ semper cōstet authoritas, quod superioribus nostris literis Ma. tuæ candide sumus professi & imprimis cupimus esse persuasum. En ipsamet verba literarū, quorū tanta est claritudo & perspicuitas, quod citra præsumptionis temerariæ grauissimam notam, haud possint vllatenus in dubium reuocari. Cæterum quam probe & quam plene deputati Ordinum speciosis suis pollicitationibus, Cæsari, tanto Principi spōte obtrusis satisfecerint, miserabilis & confusa rerum facies, quæ nunc in Belgio appetet, eheu nimis luculentè testatur. Illud autem omnem discretionis metam transcendit, quod cum sciant eiusmodi literis se quodammodo lethaliter iugulari, tamen conuicti turpitudinis errorem agnoscere, seu (vt dici solet) manus dare recusant.

Postremo autē, quæ sequuntur de blandimentis (vt aiunt) ostentatæ pacis Gandensis, deque liberatione Comitis Surani, ac insuper de priuata tractatione instituenda cum Principe Auraico simul & eneruatione Decretorum Archiducis Matthiæ, actandem etiam de-

CXLII.

omissa capitulatione securitatis pro Regina Angliae, Archiduce Mat-
thia, Duce Alenzo, alijsque confoederatis, haud sane alio spectare
videtur, quam in vniuersum bonis iuxta, ac male affectis Prouinci-
arum subditis hos ipsos Articulos tanta maturitate digestos reddere,
nedum inuisos, qui inimo & detestabiles. Ut enim nihil est facilius quā
crudis interpretationibus dulcissima quæque exacerbare, nec non &
rebus clarissimis caliginosas nebulas offundere, ita sancta miranda res
est, cuiusnam impulsu, aut quorum intemperantia consiliorum hæc
tam cauillosa in vulgus spargantur. Nam si ad suspecta blandimenta
pacis Gandauensis respondendum fuerit, quis vñquā se ostendat tam
alienum à fiducia de proximo, qui arbitretur hoc loco iustum ratio-
nem subesse diffidendi de Rege? qui educito milite peregrino, armis-
que depositis haud posset ex longinquo (et sim maxime velit) Ordini-
bus negotium ex abrupto facessere. Dispar autem ratio est in Pro-
vincialibus, qui soli gubernaculis Prouinciarum præficiundi, quan-
docunque volent, arma ad tutelam sui semper ad manum sunt habi-
turi, nec supplantari poterunt. Longe autem minoris consideratio-
nis est ipsa particularis tractatio cum Auraico: ex qua procul dubio
resultatura fuerat relaxatio Comitis Burani sui filij, casu quo Prin-
cep scirca filij salutem studiosior tractationem non reieceret. Quis
enim conferat beneficium in inuitum? aut quæ ratio est, quod prop-
ter peculiarem causam Principis Auraici, hominis notorie peregrini,
publica causa prouinciarum suspensa hæreat? prout etiam ridicula
sunt, quæ de eneruatione Decretorum Archiducis Matthiæ adducū-
tur. Cum certum sit, per Articulos sibi parem authoritatem indul-
geri, quam legitimam Gubernatorum generalium quisquam ante
ipsum habuerit. Quæ res si nondum sufficiat, necesse est, quod Or-
dines fateantur se dictū Archiducē olim, non tam pro Gouvernatore
generali, quam cum exclusione Regis pro Principe & Hero suscep-
se. Quod sane piaculum foret cogitare, absit ita factum fuisse, ab Or-
dinibus ut prætendatur. Quod vero attinet ad omissam capitulatio-
nem pro Regina Angliae, & Socijs, quodque educiti militum Hispani-
orum præfigenditermini certitudine careat, haud sane fieri nequit,
quin is, qui Ordinum literas dictarit, aut parum diligenter tenorem
Articulorum excusserit, aut plane secum constituerit cauillando (vti
dici solet) nodum querere in scirpo. Nam & de Regina Angliae, ac
Duce Andegauensi expresse disponitur, quod sub tractatu erunt cō-
prehensi, quodque de capitulatione securitatis tractabitur suo Ordin-
e, & loco, & alioqui de termini præfixione decernitur, quod com-
muni partium consensu statuendus erit. Quæ quidem supradicta re-
 sponsio merito suffictura videtur, ita vt ne quidem operæ pretium
existimetur, ad controvsersum Articulum religionis quicquam pecu-
liariter respondere. Quandoquidem à me speretur, quod Cels. Vestra
non ignorent eiusmodi Articulū non tam à Rege, quā à solo Deo,
qui

CXLIII.

qui incommutabilis est, omnino dependere, ut qui etiam adhuc probe meminerit illorum, quæ superioribus mensibus circa contenta eiusdem Articuli ex opinione ac desiderio S. Maiestatis Catholicæ à me satis superque late exposita fuere,

Num. LXVI.

Reuerendissimi, Illustrissimique Principes Electores, cæterique Nobilitate generis clari viri, Cæsar Maiestatis Legati, Coloniæ dæ pace Belgicis Prouincijs post earum deuastationem, & inauditas calamitates acceptas restituenda cum Regijs Legatis tractantes. Gratias agimus Cels. & Do. vestris immensas, quod proprijsditionibus propter publicum bonum, & salutem vniuersorum neglectis, nullos labores detrectetis, nec ullis sumptibus parcatis, quod res feliciter cœpta ad optatum tandem finem perducatur. In quo diuina æterni Patris suffragante gratia perficiendo vt porro benignissima erga afflitos Belgas animorum propensitate perseueretis, suppliciter & enixe rogamus,

Quod autem literis vestris Coloniæ quinta die & rursus vicesima nona Mensis Augustiad nos datistam serò respondemus, causa alia non est, quam quod statuere prius nec potuimus, nec debuimus, quid ante conuentum Ordinum totius Geldriæ Ducatus, & Comitatus Zutphaniæ nunc hic celebratum respondendum esset, saluo fœdere cum alijs Prouincijs, & præcipue cum vicinis Traiectensibus & Hollandis inito. Quę causa nemini non maximi esse momenti haud dubie videbitur. Quemadmodum enim ante omnia ex more & consuetudine Majorum cauendum est, vt Ordines huius Prouinciæ vnanimi consensu de conditionibus pacis oblatæ deliberent, ne quis quam eorum priuato, & & præcipiti pacis desiderio à communis consilio vniuersitatis discedere tentet, ita simul prouidere debeamus, vt iuxta pacta conuenta in fœdere etiam cum confœderatis nostra sententia omnimodo consentiat, nec alia expetatur pax, quā quæ cōmuni Prouinciarum suffragio in vnum, eundemque finem cum stabili & perpetua Patriæ salute dirigatur. Quanquam enim nō pauci sunt, quorum animos præsens calamitas adeo excœauit, vt qualemcūque modo rebus suis libere frui permittantur, non solliciti quid hostis porro machinetur, pacem omnibus modis exoptent, & petant: attamen qui ex nundinatione Albani, & Austriaci didicerūt, quam fides & Iuramentum nostris prestita venalia sint Hispanis, certissimum Patriæ exitium denunciant, si cæco iniquissimæ pacis desiderio vinculum fœderis dissolui patiamur.

Ideoque vt dissoluatur nihil non tentant Hispani, vt pote cum
vni.

CXLIII.

vnicam victoriae spem in dilaceratione pridem benè vnitæ Belgicæ ponant, neque in alium scopum illos collimare hodie videamus. Hinc & ille subiectus pacificationis Articulus, speciosus manu scriptus appendix (ut ad nostras, & multorum aliorum manus eiusmodi exemplar peruenit) in illorum animos, qui cæteris plus sapere velle videntur, se insinuans ad perfidam defectionem, quasi ostensa scientiæ boni & mali arbore eos inuitat hisce verbis. *Hos Articulos pacis si quæ Prouinciaæ, seu Ciuitates, nec non particulares cuiuscunque Ordinis homines acceptare velint, ab omni exercitus Regij iniuria immunes erunt, neque Ciuitates yllo militari præsidio grauabuntur, neque ulterius vrgebuntur, quam ut Regi conditionibus supradictis fideles & addicti permaneant.* Et ad maiorem perfidiæ occasionem dandam, subjeicitur: *Et quicunque sibi inde amplius auericiupient, Duce de Terra noua, pacificationis causa hac missum, adire poterunt, qui cuiusvis ita affecti desiderio abundè satisfacturus est.*

Ex quibus verborum illecebris quam hæc ab Hispanis oblatæ pax insidiarum plena sit, quamque detecta fronte Ciuite bellum inter male adhuc in causa Religionis reconciliatos mouere tentet, nemini iam dubium est.

Quod euidentius patebit examinanti ipsas huius oblatæ Pacis conditiones, quæ non solum pacificationi Gandauensi, & Edicto perpetuo, ab ipso Rege solenniter approbatis & confirmatis, verum etiā iuri, & naturali æquitati contraria sunt, vt viuis rationibus, vbi opus erit, demonstrari poterit.

Imprimis vero ab omni naturali iudicio, & humânis rationibus alienum est, tam duram & intollerabilem legem innumerofæ Ecclesiæ Religionis reformatæ præscribere, vt relicta Patria, liberis, parentibus, cognatis, & paternis bonis, à Procuratore scilicet administrandis, in voluntarium eat exilium, dissipanda per totam Europam, vbi fortassis nullum sit tam amplum Regnum, quod hanc exulantium multitudinem hospitio velit excipere, aut si velit, capere posse videatur. Hæc diligenter expendenda, & examinanda nobis fuerant: imprimis vero cauendum, ne quæ dantur pacis leges omnia, quæ ad syncretam Pacificationem stabiliendam hactenus impensa sunt, irrita faciant, nosque simul elusos huiusmodi pactorum tenore cum summa nostra ignominia frustra tandem conquerantur.

Quanquam enim diurno bello nos, vicinarumque Prouinciarum subditi ita attenuati sumus, vt pacem tandem petere debeamus, tamen mori satius est, quam tales pacis conditiones recipere, quæ Belgas in eas reducant angustias, vt qui bello vinci non potuerunt, eorum alij vxores, liberos, & omnia scientes, volentes Hispanis mox, vbi volent, reddituris, aut saltem eorum Coniuratis subiectant, alii vero in exilium sponte, Patria relicta, discedant.

Quin potius mandati formam, quam Ordines Prouinciarum suis Legatis de Pace tractaturis communi consensu dederunt, etiam cum

CXLV.

cum vitæ periculo obseruare decretum est, præsertim cum nihil omnino in ea, quod ad æquas pacis conditiones, eamque in perpetuum ad honorem Dei, & debitam Regi à Subditis obedientiam stabilendam facere vlo modo videatur, desiderari possit.

Eiusmodi concessa pace redintegrabitur pristinus Belgicarū Provinciarum status cum æterna laude Imperatorij nominis, & Electoriæ dignitatis, simulque cum salute totius Imperij Romani, nimis vicino hoc bello Hispanorum tyrannidem iam multis annis persensi.

Quapropter supplices rogamus, & obtestamur Cels. & Dom. vestras, ut nostrarum calamitatum miserè dignentur Hispanorum tergiuersationes, & moram tandem abrumpere, restituta nobis pace, quæ Deo quæ Dei sunt, & Regi quæ Regis sunt, exhibeat, & subijciat. Datum Arnhemij 16. Octobris, Anno 1579.

Cels. & Dom. V.

Obedientissimi,

Magistratus, & Ciues Arnhemij
Metropolis Veluæ.

Superscriptum sicerat,

Reuerendissimis, & Illustrissimis Rom. Imp. Electoribus, nec non alijs Generis Nobilitate claris viris, Sac. Cæs. Maiest. Legatis, Principibus suis clementissimis, & Dominis obseruantissimis.

Coloniae.

Num. LXVII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI, GENEROsi, Nobiles, & Circumspecti.

Iteras principales Cels. & Dign. vestrarum 26. Septembris, & tertia Octobris scriptas nondum accepimus, sed tantum exempla illarū, quæ literis Ordinum Brabantiae adiuncta fuere. Et quamuis indies illas expectamus, tamen quia omniū Provinciarum Deputati, cum potestate statuendi de summa rerum vigesima quinta præsentis mensis Octobris Antwerpiae adfuturi sunt, & omnes mortales eructi ac lacres desiderant euentum actionum in vestro celeberrimo conuentu habitarum, officij nostri putauimus absque viteriore cunctatione vestras Celsitud. & Dig. defutura illa, atque adeo instantे Ordinum communicatione, ac resolutione certiores facere, atque rogare, vt

T cum

CXLVI.

cum haec tenuis studio reconciliationis, & pacis constituendæ inter Regem Catholicum, & Ditiones Belgicas, per tot mensæ neque sumptibus, neque laboribus pepercerint, nunc in extremo actu dignetur nō usque adeo præcisè, & tam paucis diebus (vt dictæ literæ continent), discessum suum concludere, sed paulo diutius subsistere, donec Ordines resoluant, & resolutionem suā transmittant. Quod vt intra paucos dies post finem Octobris fiat, sedulo curamus. Nam interest Provinciarum maximè semel finem imponi huic Pacificationis negotio, atque omnes intelligunt pacis serenitatem belli calamitatibus potiorē esse, modò sit tolerabilis ac secura. Ideoque persuasum cupimus vestris Cels. & Dig. ea, quæ præcedenti nostro responso continentur, à nobis nullius detorsionis, aut sinistræ interpretationis conscijs bona fide scripta esse, non ad impediendam, sed ad promouendam pacem, atque vt maturè remedia adhiberentur malis, atque periculis, quorum cogitatio dubitationem in amplectenda pace Provincialibus posset injicere. Neque desiderauimus, quasi hactenus nihil accidit, propositionem nouorum Articulorum, sed propositorum moderationem, & securitatem ampliorem tam pro ijs, qui Catholicam Romanam, quam qui aliam Religionem profitentur. Nam quamuis & Cæsar is, & vestrarum Celsit. & Dign. maxima sit authoritas, & firmum propositum syncerè obseruandi omnia, tamen propter experimenta superiorum temporum, non sine ratione vterius Provinciarum quieti prospectum cupimus. Nam vt alia prætermittamus, notum est, quam parum valuerint preces, & intercessiones Imperatorum Ferdinandi, & Maximiliani, ac omnium propriodem Principum Europæ, ad inhibendum furorem Ducis Albae aduersus innocentes, & eos, quorum gratia, & benevolentia receptus fuerat: & quam irrita fuerint apud Principem Parmensem postulata moderni Cæsar is, ac vestrarum Celsitudinum & Dignitatum de cessatione armorum, & inducijs durante communicationis tempore. Ita vt speremus Celsitudines & Dignitates vestras sollicitudinem nostram in auertendis periculis, quæ instare videntur, non prorsus improbaturas, præsertim cùm, si aliquid minus firmum aut detortum in responso illo nostro inueniatur, & ostendi possit, parati simus, meliores rationes absque ullo contendendi studio admittere, & per omnia rationem sequi, atque iustitiæ acquiescere. Et quod termini prorogatio, ac plenioris Mandati transmissio dilata fuit, existimamus Celsitudin. & Dignitat. vestris nunc satis compertum esse, id accidisse neque per negligentiam, neque per contemptum Maiestatis Imperialis, aut vestrarum Celsitud. & Dignitatum, quas meritò sacrosancte colimus, & veneramur, sed ob causas, & difficultates in dicto responso nostro comprehensas, quas auxerunt fusti belli acerbitas, & plerique consiliis aduersariorum nimū patrocinantes, item alii imperatis eorum temerè acquiescentes, qui à nobis descendent.

CXLVII.

desciuerunt augendo discordiam Prouincialium. Et proinde roga-
mus Cels. & Dign. vestras, benignius omnia accipere, & interpretari
velint, atque in constantia promouendæ pacis publicæ perstando
dies aliquot vltra terminum, in dictis literis præfinitum, Coloniæ
morari, donec absolute Ordinum responsum acceperint, & quæ
in negotio Pacificationis restant, peregerint, atque absoluuerint. Nos
pro multiplici, & singulari benevolentia Prouincijs Belgicis exhibi-
ta, omni studio ac conatu gratitudinem referre perpetuo conabimur.
Antwerpia, vice sima Octobris, Anno millesimo, quingentesimo,
septuagesimonono.

Vestrarum Cels. & Dign.

Addictissimi,

Ordines, & Status Prouinciarum
Belgij.

Ex mandato præfatorum Or-
dinum.

Houfflin fft.

Posteaquam hæ scriptæ erant, & iam concludebantur, alla-
tæ sunt principales literæ, cum ijs, quas Imp. & Dux de Terra
noua nobis destinarunt, ad quas primo tempore respondebi-
mus.

Superscriptum sic erat;

Reuerendissimis, Illustrissimis, Generosis, Nobilibus, & Cir-
cumspectis Dominis Electoribus, & Princibus Sac. Im-
perij, nec non Legatis, & Commissarijs Sacræ Cæsareæ
Maiestatis.

Num. LXVIII.

REVERENDISSIMI, ILLVSTRISSIMI QVE
Sac. Romani Imperij Electores, Principes q. Generosi, No-
biles q. D. Cæsarei Delegati longe
dignissimi.



Voties profundior animū subit meditatio, vber-
rimarum tum vtilitatum, tum consolationum, *Scriptum longum*,
quæ plerunque ex pace rectè stabilita, tanquam
vera scaturigine vniuersalis boni publici manare
solent, & è contra quantarum calamitatum, & an-
gustiarum præceps illa vorago infamis belli ciuilis
procreatrix esse soleat, toties animo obuersantur
T 2 meo,

CXLVII.

meo, nedium ipsa magnitudo ac pondus memorabilis huius negotij reconciliationis Populi Belgici; verum etiam summa illa lubricitas, & incertitudo totius tractationis præteritæ. Quæ animum meum quantopere mensibus superioribus exercuerit, malim (me hercle) vos Principes, Patresque conscriptos ex suomet proprio sensu, iudi-
cioque terro metiri, quam eatenus ullam grauiorem querimoniam coram celeberrimo hocce vestro conuentu depromere. Nam quorū sum profutura querimonia rerum, quas satius est obliuioni, quam memoriæ traditas iri? Præsertim vero, dum ad ingens solatium seruire queat, quod non solus, sed vna vobiscum, atque etiam adeo ipsa-
met Sacra Cæsarea Maiestate, præterea nec solus à solo, imo nec vnu-
à paucis, sed è contra à plurimis mihi apertum ex simulato fucum fi-
eri citius persentiscere, quam vlo studio præcavere licuerit. Spera-
bam quidem ab initio solius patientiæ, ac longanimitatis discreto ob-
sequio nihil non ex vsu boni publici vel tandem protrudi potuisse,
& ob id nec imparatum ab eiusmodi armis in hanc palæstram dis-
ceptionationis prodeundum fore mihi met tunc imperaram: Attamen
frustra, & in vanum; postquam reipsa iam sim expertus, haud yllius
moderationis temperiem sufficere posse, negotiatio dum instituitur
cum eo genere hominum, apud quos, vt nec simulationis mēsuram;
ita nec ludibriorum finem repetire conceditur. Verum ne quis erret
(cordatos & synceros excipiens) tantum de ijs loquor, qui sui com-
pendij gratia imperitum vulgus nunquam non seduxerunt olim, &
nec dum desinunt, fortassis profuerit aliquando præsenti experimē-
to didicisse, quam vere lubrica res sit ullam fiduciam salubris inten-
tionis de ijs concipere, quos non tam à semetipsis, quam ab ijs, quo-
rum vniuersa salus posita in bello, pacis consilia mutuare constat. At
viderint illi, ne quandoque ipsimet cū prauis consultoribus in prædā
direptionis cedant, suæque stultitiæ pœnas suamet opinione grauio-
res luere cogantur. Meum vero est propositum, causa suæ Maiestatis
Catholicæ, Regis mei Clementissimi, si minus forsan erranti adhuc-
dum Populo Belgico probare liceat, saltem, quoad eius in me sit, seri-
am nauare operam, quod ipsa facti pura, ac nuda veritas amplissi-
mo huic vestro confessui ad plenum innotescere queat. Et proinde cū
ignorare nequeam iam præ foribus esset tempus, quo quid certi cōsti-
tuendum fuerit, de summa totius negotij, atque adeo etiam suprema
manus hisce comitijs Pacificatorijs vel tandem adhibenda fore iudi-
cabitur, nequaquam prætereundum duxi, quin post immortales ac
solemnes gratias, tum Sacræ Cæsareæ Maiestati, tum etiam Vestris
Celsitu. ob tam pios Christianæ charitatis excelsissimos conatus, tot-
que exanthlatos labores, peculiariter actos, etiam hoc præsens scrip-
tum actis Comitiorum publicis ad perpetuam rei memoriam, vestra
nimirum pace, inferendum ad instar Epilogi rerū prægestarum exhibe-
rem. Professus utique me nec contra, nec præter veritatem, multo
autem

CXLIX.

autem minus animo conuiciandi quicquam in hocce tam arduo negotio ausurum; quinimo potius mero studio illustrandæ veritatis intra limites & cancellos eiusdem bona fide permansurum fore. Prout nec decorum Regiæ Maiestatis patitur verbis potius, quam armorum iustitia cum Authoribus turbarum decertare.

Principio, ut quæ Serenissim. Regis Catholici pia mens, & constantissima voluntas, etiam diu ante exordium horum Belgicorum motuum, reuera semper extiterit, tanto clarius elucescat, haud alienū fuerit ab institutomeo, facti totius enarrationē aliquāto altius repetere: Signāter vero, ut ne quem latere queat, quod sua Maiestas Catholica olim confecto superiori bello Gallico, ut primum necesse habuit sua Regna Hispaniarum inuisere, atque isthinc cætera tum Italicæ, tum remotiora regna faciliori compendio tueri, ac regere, infici as profecto iri nequit, quin eo tempore vniuersum Belgium ex omni parte, ut pacatissimum, ita opibus iuxta, ac rerum affluentia longe florentissimum reliquerit; nulli non Belgicorum Procerum tempore reinstantis sui discessus tum honoribus, functionibusque publicis, tum etiam largitionibus verè Regijs, quoad eius in se fuit, simul & præcedenti bello, ut quisquam de bono publico meruerat, diuersimode gratificatus, Ordinibus autem Statuum nihil non indulxit, militem quoque Hispanum, tametsi prudentum iudicio ad sustentandam Belgij securitatem apprimètunc vtilem reputatum, ac proinde etiam limitrophis præsidijs in casu repullulascens belli Gallici destinatum: Tamē fretus fiducia magnarum præmissionum, quæ tunc à Proceribus Ordinibusque certatim fiebant, etiam alio commigrare iussit. Et quod eo tempore amoris maximi, iuxta ac fiduciæ supremæ indicium evidentissimum iudicari merito debuerat, ipsis denique gubernaculis Belgij generalibus tunc præfecit non hominem crudum, non tetricum, non imperiosum, non bellatorem, sed Pacificam Ducissam Parmensem, matronam ratiissimis animi dotibus præditam, affabilem, beneficam, ac nullius rei magis, quam Pacis conservandæ simul, & prosperitatis publicæ augendæ studio vehementer accensam. Nihil dico de humanitate illa vere admirabili, quæ tantus Rex in cōsuetudine quotidiana suostum Proceres, tū ipsos denique Patricios, Senatores quæ pluribus annis antea prosecutus fuerat, velint sane nolint, confiteri coguntur, se non tam Regē, Dominumque, quam veras delicias generis humani, vt pote piū Parentem, parentem, Pastoremque Populi, & Curatorem publicæ salutis tunc reuera in persona S. Maiestatis expertos fuisse. Nemo sane inter omnes Proceres tam impudens vel proterius reperitur, cui si modo animus sit meminisse Regiæ consuetudinis, ac familiaritatis illius temporis, qui non pudore cogatur illam ipsam interpretari potius obsequiosum cultum amicitiae, quam debitum ministerium vasalli. Quæcum ad eum modum se habeant, quis non iudicauerit eiusce-

C L.

modi vasallo extremæ ingratitudinis indelebilem notam contraxisse, qui tot & tantorum beneficiorum adeo repente obliti, Populum sui Principis absentis, præsertim tam insidiose circuuenire, accendere, turbare, & inflammare ceperunt? Quis præterea non dicat, Regem pinguius ac liberalius de suis subditis tum temporis promeritum fuisse, quam ut vlla de causa ipsis seductoribus aures patulas præbere debuerit?

Prout nec dubitare quisquam iure potest, quin Rex perpetuo. sui similis, & quidem in pari erga subditos affectu clementiaque perseueratus fuisset, si modo ne paucorum aspirantium ad res nouas, atque eatenus simplicitate innocui Popelli turpiter abutentium milletum probris, tum contumelijs ad iustum indignationem provocatus, omnino coactus fuisset tandem de seditiosorum nefandis conatibus reprimendis, ac denique à ceruicibus fidelium subdorum de acerbissimis iniurijs tempestiuè propulsandis, prorsus necessaria consilia inire. Quis enim Regulus tantillus, non dicā Rex, vñque adeo futuri socors, vel animi tam degeneris in orbe Christiano reperiatur, qui ordine subiectionis legitimæ ad eum modum in sui despetu turbato, patiatur à paucissimis, ingratissimisque vasallis sibi frænum imponi, ac legem præscribi? Nam ut cetera politica non absque inaudita temeritate arroganter violata præteream, quis inquam vasallo potissimum publicæ ac veræ religionis desertori permiserit nō solū vniuersam plebem contra se concitare; verum etiam sub confictu prætextu, assertæ libertatis conscientiæ passim bonorum omnium virorum conscientias illaqueando, nulli non iugum execrabilis seruitutis imponere? Etenim quæ potest seruitus esse maior, quam in negotio Religionis antiqua sua possessione, ac consuetudine violenter turbari? nec non ad insulti aut furiosi cuiuslibet Concionatoris obsequia Barbaro potius (ut nunc fit) quam Christiano more adeo seruiliter cogi? Puderet sane hoc loco recensere atrocissima flagitia, quæ tunc temporis sub colore simulati fastidij veteris, & Orthodoxæ Religionis plurimi in locis per Belgum patrata fuere: Tantum obliter hæc attigisse sufficerit, vt nimirum tanto magis perspicue constet, omnino nihil tam ex diametro pugnare cum ipsa rei veritate, quam quod à factiosis hominibus subinde hac tempestate, eheu nimis impudenter in vulgus spargitur. Quasi videlicet Rex is fuerit vñquam, qui populum opprimere conatus præsentibus motibus occasionem præbuerit. Quin potius ècontra haud vllum animo ipsius tormentum grauius excogitari vñquā potuit, quam quod de manifesta subditorum rebellione competenter vlturus, plane coactus fuerit tempore detinati Gubernatoris Ducis Albani in proprios subditos olim sibi tam charos, nec nō ab Altissimo in tutelam potius quam vexationem sibi concreditos, armatam iustitiam exercere. Quāto enim suæ Maiestati acceptius fuisset, si modo ne flagello tam rigoroso tunc opus

CLI.

opus fuisset, aut si qualitas delictorum commissorum, tanta circumstantiarum atrocitate comitata, vlli dissimulationi saltem honestæ, locum fecisset?

Quamobrem merito, & quidem grauissimè, taxandi videntur illi, qui culpam miserabilis afflictionis Belgicæ, quam ipsimet priores ob detestabilem suam rebellionem adeo notorie contraxerunt, haud erubescant suomet Regi quantumuis ter mille modis tum irritatum iniuriam perpresso longe impudentius, quā probabilius ascribere? Quasi vero noua res fuerit, aut prorsus insolens tantum Principem adeo contumeliose à suis vasallis, & signanter quibusdam peregrinis conculcatum, de vindicanda iniuria sibi tam malignè illata vel tandem cogitasse? Quid enim Rex (si modo ne plane vecors aut profundo mentis stupore percussus videri cupiebat) olim minus præstare poterat, quā implorato ministerio sublimis iustitiæ, rebus nutantibus, per Authoritatem suam Regiam, aut Principalem occurtere, simul & necessario milite subministrato ad sententiarum executiones tuto adimplendas regaliter cooperare? Quia in re Principi supremo contumaciter obstitisse, ipsosque proscriptos & damnatos, nedum manibus iustitiæ quodāmodo ereptos, quinimo & in capita Prouinciarum Rege inuito iam sublimatos extitisse, quantum dedecus, & quam sobriam vtilitatem res illa Belgio pepererit, etiamue in posterum pariet omnes, qui acutum cernunt, perquam facillime dijudicare possunt: satius namque fuisset, quod populus suæ sortis ac conditionis memor æquanimiter passus fuisset, quod Rex haud alio respiciens, quam ad purgamen Prouinciæ à turbulentis, & inquietis hominibus, potuisset in factiosos tranquillitatis publicæ hostes suo tum iure vti, tum etiam Principali officio fungi. Nam id si olim accidisset, etiamue accideret modo, cui dubium, quin loco belli funestissimi, vt pace serenissima, ita loco paupertatis horridæ, iam fulgentissimis opibus in summa prosperitate vniuersum Belgium floreret? En quam ludit in humanis diuina vltio rebus. Pax laudatur ab omnibus, potestque haberi dum lubet, & quidem puro obsequio rei tantillæ, vt nimirum liceat iurato Principi munus Principale exercere, at rerum optimarum sola nausea impedimentoum est, quo minus vel tandem assurgere queat animus ad saniora consilia capessenda.

Ex qua re etiam illud grauius subsecutum, quod Populus Hollandicus, socijque præ cæteris aliarum prouinciarum subditis longe maiora sibi sumpserit, quam quisquā Principum huius sæculi vllatenus ferre potuisset. Adeo quod ne quidem erubuerint in merum despectum suæ Maiest. de quorumlibet etiam proscriptorum quantumuis criminolorū tutela, & receptione, tanquam ex asylo publice profiteri. Cuius quidem facti summa temeritas sicuti Regis annum miris modis affixit, ita arbitratus est ad Regiam suam existimationem

CLII.

tionem pertinere, potius armata manu tam de receptatoribus, quam eiuscemodi receptis cōpetenter vlcisci, quam ad nefas publicae tranquilitatis vsque adeo perniciosum oscitanter conniuere. Qua nihilominus in re tanta semper fuit vsus animi moderatione, quod cum experiebatur bellum protrahi in longum, non sine oborta suspicione, quasi mero odio suorum ministrorum tale quid accideret, ipse met Rex de tollendis ad pacem obstaculis mirè sollicitus proprio motu Ducem Albanum cum suis subministris ad se reuocarit in Hispanias, tanquam periculum facturus, si quæ forsan sub nouo Gubernatore minus odioso etiam noua, vel pacatior rerum facies se quomodolibet ostensura foret. At optimum Regem sua fefellit opinio. Nam & illi contumaciter in armis perstitere, nec ullius pœnitudinis, aut sarietatis belli villa indicia p̄ se tulerūt: Quinimo potius è contra etiam solito ferociores nequaquam dubitarunt, tanquam ex insidijs submissò Comite Ludouico Naſlouio in Ditionem Vlramosanam ipsummet Commendatorem maiorem, licet vix gubernaculis ritè initiatum, tamen incontinenti armis hostilibus prouocare. Verum ut persentisce cœperunt, sibi comprimis durum fuisse contra stimulum calcitrasse; Tandem iusto interuallo post, visa fuit inter ipsos, quasi à longe, nescio quæ, pacis saniorum Consiliorum meditatio exoriri. De qua Rex certioratus, mirum sane dictu, quam lubens occasionem arripuerit, & quam alacrem se ad pacificatorium conuentum paulo post in oppido Bredensi institutum exhibuerit. Quo loco et si mandatarij hinc inde ad præfixum comparuere: Tamen infaustissimus exitus docuit, tantum ad speciem simulati desiderij pacis, nec non ad placamentum populi diutius belligerare & contribuere recusantis eiuscmodi Conuentum à Capitibus factionis Hollandicæ tunc aucupatum, & procuratum fuisse. Adeo (proh dolor) apud ipsos constitutum videbatur bellum potius quovis tandem grauiſſimo, fato etiam propriæ vitæ, quam salubri consilio finire.

Cuius demum surrogati Gubernatoris tempore, cum Regi plurima heroica facinora militaria admodum feliciter contra aduersarios ex animi sui tententia cessissent, & præcipue in Comitatu Zelandiæ ipsamet expugnatio tum oppidi Metropolis, tum denique totius Insulæ Xirixensis: qua ab hominum memoria nulla illuſtrior, magisue excelsa, nec audita fuit vñquam. Tandem visum fuit Deo Gubernatorem ad res instaurandas non male idoneum ex huius mundi miserijs ad beatiorem vitam euocare. Quo tempore cum de surrogando successore in locum defuncti Rex deliberat, haud iniuria credidit, pulcherrimam occasionem allicendi populi Hollandici ad tranquilliora sibi denuo oblatam iri: ut qui suspicabatur gliscens odium nominis Hispanici ab initio obstitisse quo minus in prædicto Conuento Bredensi sub auspicijs defuncti

CLIII.

functi Gubernatoris negotium optatae Pacificationis protrudi potuerit; & ob id percipiens nulli non manifestare, quantopere ad Pacis serenitatem reuera anhelaret, sponte tunc vniuersam authoritatem Gubernaculorum generalium detulit Belgicis Senatoribus Consilij rerum Status, plane sibi perlausum habens, quod Princeps Auraicus vna cum Hollandis, saltem eo tempore non tam simula te, vt antea, sed potius omnino serio de stabiliunda æquabili pace cum eiuscemodi nouo Gubernatore patrio cogitaturi forent. Porro tam abfuit eius rei vlla cupido, vt succreuerit, quod idem Auraicus illudmet ipsum Regis obsequium tanta Prouincialium senatorum fiducia comitatum, suæ fortunæ quasi lumen affulgens interpretatus, tunc demum ceperit per Icuniculos Regem clementissimum de bono (vti dici solet) opere lapidare. Nam eo tempore quibusdam incautioribus Ordinum Brabantiae Proceribus ad eum modum per insidias obrepst, quod bona fide crediderint nullum se obsequium acceptius tum Deo, tum bono publico præstare posse quam si violato Regis Palatio, etiam manum violentam in Senatum iniicerent, ac præcipuos quosque Senatores publico carceri manciparent. Vnde tandem ex Ordine subsecuta Bruxellensis populi, pa rum abest quin furentis, imperiosa compulsione ad inauspicatam illa contexturam Pacis Gandensis decuplo grauioribus motibus ansam ineuitabilem præbuit.

Quibus quidem fluctibus Rex pro veteri suo more tempestive occurrere cupiens, vtque pari passu ostenderet, quanto amore Belgicum suum Populum prosequeretur, vix à cognita illa fluctuatione vllijs temporis momenti spaciū interposuit: quin statim per Galliam, non sine termaximo interceptionis periculo ad oportuna remedia, clam in Belgium destinari inclytæ memoriæ Ioanem Austriacum fratrem non ex multis dilectum, sed vnicum, non rudem armis, sed gloriose exercitatum, non leuem, non futilem, sed grauitate serena conspicuum, non morosum, non acerbum, non asperum, sed amore proximi ac Lenitate mētis nulli Principum huius nostræ ætatis cedentem. Et quæ tunc superstitis præcipua fuit gloria non varium, non vacillantem in religione à maioribus sibi tradita, sed illius cultorem religiosissimum. Qui sane post pacem Gandensem, licet paulo ante inuito Rege contractam, tamen ab se confirmatam, militesque Hispanos & Peregrinos ex Prouincia dimissos, cæteraque ter maximæ considerationis pene innumera officia in Belgium adeo exuberanter collata, haud dubie pristinum splendorem, autumque decus vniuerso Belgio restituturum fuerat, si modo ne idem Auraicus tantorum officiorum adeo repente oblitus, nec non ex succrellecte publica salute priuatam suam fortunam, vel verius ruinam stulte forsan metuens, maluisset parum gratae nouis turbis excitandis, quam veteribus decenter expiandis ingenium applicare. Quo fa-

CL III.

Etum, quod Austriacus vix vspiam locorum ab insidijs Auraici tuis, plane habuit necesse, nedum loco sibi prospicere, quinimo & reassumptis armis Regis in suum persecutorem, & sectatores recenter sibi confederatos congruam ultionem distingere. Cui negotio dum intentus est, adeo nihilominus temperanter se gessit, quod tametsi continuis pluribus mensibus aleam belli sibi vehementer propitiam fuerat expertus, tamen postea Ordinum Belgij nomine vel leuiter tantu interpellatus à Generoso Domino Comite Suuartzbergio, Cæsareo Legato, nihil potius habuit, quam in studia pacis ardenter collimando, suos mandatarios ad oppidum Louaniense ilico destinare. Qui sane rem conjecturi fuerant, nisi de Pacificationis negotio tunc Cæsari Augustissimo receter per Regem concedito, Nuncius ex inopinato allatus fuisset, & simul quoque ipsos deputatos aduersarios crudioribus, vt ne dicam plane imperiosis, Ordinum mandatis instructos comperissent, quam vt illa iusta opinio de syncera Ordinum intentione, vel studio ad pacem ullatenus tunc concipi potuerit.

Quæ supradicta tantum per occasionem ordinis rerum prægestarum attingere lubuit, vt nimirum luce meridiana clarius omnibus constet, quanta sollicitudine, & affectu Rex ab ipsomet presentis belli Ciuilis exordio semper conatus fuerit Belgicum Populum sub Paternis suis alis in spem tranquillitatis publicæ congregare, & quam illi è contra in reprobum conuersi, varijs frustrationibus suam Maiestatem lusere semper. Sed omittantur vetera, tantumque diligenter ponderentur ea, quæ præsentibus hisce comitijs coram amplissimo hocce vestro Confessu iampridem accidere. Comperietur sane Principem Auraicum simul & Ordines ipsius consilijs fretos omnino nihil minus quam vel leuissimum pacis desiderium vñquam habetens habuisse. Prout ex infra deducendis procul dubio ad oculum patere poterit.

Siquidem mera rei veritas talis sit, quod Rex superiorū annorū Iudificationibus abunde certioratus quam vana & lubrica res nulli non visa de spontanea subditorum resipiscientia quicquam solidè spei concipere, & ob id tota mente armorum dispositioni iamdudum vigilanter intentus, cumque nihil minus quam de pace permoliunda secum cogitaret, omnino præter spem casus tulit, quod Cæsarea sua Maiestas, exorata nimirum publicis literis Ordinum Belgij ex oppido Bruxellensi octaua mensis Ianuarij anni millesimi quingentesimi & septuagesimi octaui datis valde serio Suam Maiest. Catholicam interpellari quatenus afflito suo Populo compatiens, simul & in obsequium boni publici (vnde etiam vniuersum Imperium, & signantes) Principes, Populique vicini sua commoda percepturi forent) dignaretur adhuc semel periculum facere de motibus Belgicis amicabili compositione sponiundis: sperare enim, se haud frustratorios sem.

CLV.

Semper fore conatus, potissimum stantibus sacro sanctis promissiōnibus admodum rotunde ijsdem literis expressis. Et quo eiuscēmodi suæ intercessioni fidem astrueret maiorē, etiam ipsas met originales literas dictorum Ordinum in Hispanias ad suam Maiestatem destinavit. Quarum tenor nō sine vaſrolenocinio verbōrum, sicuti artificiōse cōtextus, ita nec mirum, quod Rex ex suis moribus alienos metiens passus fuerit à Cæſare tā cordato, & opportuno intercessore sibi persuaderi, vniuersæ amicabilis compositionis negotium suæ Maiestati Cæſareæ, & deputandis à se Principibus Commissariis citra omnem hæſitationis scrupulum quod concrediderit. Certissima ſpefretus, Principem Auraicum, & vna quoque Ordines Dei beneficio vel tandem misericorditer illuminatos, admodum ſerio hocce tam arduum negotium proſecut uros fore.

Cuius equidem ſpeſ fiducia Rex conſequenter adductus, vix ſane effabile dictu, quanto animi gaudio præ amore erga subditos delibutus, quantoque promptitudine vniuersæ tractationis directionem & quidem ſuſtultam debita authoritate amicabilis compoſitoris etiam vltro ſuāmet Cæſareæ Maiestati ac Principibus à ſe delegandis ad opus tam pium & ſalubre concredendum duxerit; maxime vero probe adhuc memor paternarum exhortationum ſanctissimi Pontificis maxiſi, qui pro veteri ſua vigilancia ſuper gregem Domini nunquam defiſt. Suam Maiestatem ad eiuscēmodi gratiosum, & pium opus conſummandum ſerio ac indeſinenter exhortari. Vnde tādem ſubſecuta Cæſareæ delegationis oportuna reſcripta, Veſtris Celsitudinib. directa, nec nō partibus hinc inde cōcordaturiſcum aſcriptio- ne loci, temporis que ad inchoandum negotium præfixi, debite noti- ficiata & inſinuata, haud dubie occaſionem & cauſam huic celeberri- mo conuentui dedere. Fuit autem is terminus diei, vigesimi noni, vt- pote in Dominica Lætare Mensis Martij, anni præſentis. Quæ reſ mouit ſuā Maiestatem Catholicam quod pro veteri ſua vigilancia, & tam compluſculis mensibus antea, me ſuum fideliffimum, & obe- dientiſſimum Ministrum tunc temporis aliorum negotiorum gratia caſu fortuito in Regia Curia Regnorum Hispaniæ exiſtentem, nec non Regijs stabulis ampliſſimæ Procurationis deinceps competenter inſtructum, prorsus citra om̄inem cunctationem huic in Germaniam, ad ſanctam hanc Ciuitatem Colonensem, tanquam locum Comitijs deſtinatum ablegarit. Prout etiam mandatis ſuā Maiestatis ad amuſi- ſim ſatisfacere deſiderans, iudicauit ad meā ſollicitudinem pertinere, non minuſ tempeſtive quam reuerenter coram Cels. Veſtris ad Cesa- rea veſtra Mandata cognoscenda paratiſſimum in loco præconſtituto me fiſtere.

Et quantumuis ipſa ratio, & honestas procul dubio diſtarant, quod etiam Ordines in comparendo parem ſedulitatem oſtendisſe debuerant, tum quia deſignato Comitijs loco viſiniores, tum quia

CLVI.

subditi tractaturi cum suo Principe, tum etiam, quod priores ad hunc ipsum conuentum aspirasse visi fuerint, tamen nescitur, quoniam Principis Auraici, Ordinumque consilio acciderit, quod ipsorum mandatarios, non nisi longo interuallo post Celsitudinū vestrarum, atque adeo etiam meum in hanc ciuitatem aduentum huc ad Comitia destinarunt. Quod forsitan aliqua ex parte adhuc fuisset excusabile, si modo ne sterilitas, & angustia limitatorum mandatorum eo tempore suis concreditorum plusquam vulgariter ostendissent, eiusmodi publicas Ordinum actiones, & consiliani nihil minus quam de pace ingenuam sollicitudinem præ se ferre. Fuere enim mandata eius generis, quæ vt nec ipsos mandantes & mandatarios tanto præsertim numero, & splendore cooptatos vllatenus decuerūt: ita multò minus digna vel congrua mihi visa, quæ coram hocce tam celebri conuentu ad ipsorummet preces congregato in causa tam ardua & seria exhiberentur. Etenim quæ, & quanta bonitas optimi Regis, qui fiduciaria concessione tam liberi & absoluti mandati non dubitauit mihi suo ministro soli concredere, quod dicti Ordines adeo cito oblii retum nuper prægestarum ac forma seruata in conflanda pace Gandensi, ne quidem decem suis Collegis, quantumque illustri splendore ac dignitate apud ipsos præditis, iam tuto concredi potuisse iudicarunt? Quis non suspicetur ab initio ipsos summopere metuisse, ne qua exuberantior iustitia, & æquitas, forsan (vt præuiderunt) tunc articulis complectenda, ipsos met suos Mandatarios ad optabilem finem huic calamitoso bello imponendum procliuiores reddere potuisset? Accedit vero ad incrementum illius suspicionis, quod Ordines, ne quidem pluries requisiti, imo nec post ipsam negotiationem, ac materiam pacis insigniter à partibus vltro cirroque prægustata adduci potuerint, suis ut absoluitora mandata largirentur. Quod sane haud iniuria censeri debet recusatū in fuisse non sine manifesta nota spretæ authoritatis huius amplissimi vestri Cesarei Confessus. Quæ si vlla in re, saltem in tantilla, merito valere deb̄erat.

Quo nanque tempore certioratus de imperfectione supradicti Mandati, potissimum inusitato quodam modo limitati ad priuatas mandatariorum instructiones, nec non ad breuissimum tempus, licet summo iure potueram recusasse ad vltiora progredi, nec non tantisper de arcans meorum consiliorum tacuisse, donec pinguiora Mandata, & quidem meis conformia ab Ordinibus destinata fuissent: Tamen quia comperiebam Vestrarum Celsitudines nihil non de plenioribus mandatis, aut saltem subsecutura ratificatione deinceps elicenda firmiter sperare, summa mihi religio fuit, eatenus ullum scrupulū negotio iniſcere; Sed pura mente, & bona fide ad vltiora progressus, obtuli me comprimis paratum ad vniuersa & singula proposita illorum (quibus cum ex aduerso mihi res erat futura) non mis

CLVII.

minus dilucide quam ingenue respondere. Atque ita accidit, quod post complusculos dies partim armorum suspensioni minus æqualiter ab Aduersarijs postulata, partim circa ordinem dirigēdæ præsentis negotiationis, aliaque ad rem præparatoria fructu modico consumptos, tandem visum fuit Celsitudinibus vestris iuxta efficaciam mearum rationum solenniter decernere, non tam ad me, quam ad mandatarios ex aduerso pertinere ea ipsa, quæ à Principe suo naturali postulatum venerant, scripto complexa ac mihi deinceps communicanda in pleno conuentu exhibere.

Cui decreto Ordinum Mandatarij exinde satisfactientes, tandem conceptos ab se articulos in medium deprompsere. Attamen quos & quales haud dubie adhuc meminerint vestræ Cels. Quarum insigni erga iustitiam, & æquitatem zelo tunc accidisse reor, quod illico post eosdem lectos, & masticatos, nequaquam prætereundum iudicarint, quin accersitos ad se dictos Mandatarios de productorum Articulorum exorbitantia, nedum ut sollicite commonefacerent, verum etiam de competenti, & per quam necessaria moderatione eorundem grauiter, & serio cohortarentur. Cuius exhortationis demū fructus extitit, quod paucorum dierum spatio interiecto, rursum nouos articulos addidere, & quidem prioribus antea repudiatis longe conformatiores, quam ut notabilis discrepantia tunc animaduerti potuerit. Professi nimirum ad excusationis colorem, se mandata habere stricta, quorum nec possent, nec consultum iudicarent limites egredi.

Quo factum quod Cels. vestræ tanquam truncata, ut suspicor, omnis spe ulterioris moderationis consequendæ, arbitrati fuerint, ad filium continuandæ negotiationis omnino pertinere, illos met ipsos Articulos, quantumuis sobrie circumcisos, vel correctos tamen ad eliciendam maturam responsonem mihi communicare. Cui negotio dum intentus eram, cōperi sane crudiores esse, magisue alienos ab officio discretorum subditorum, quā ut expectationi meæ ullatenius satisfacere potuerint. At nihilominus spem vestitu simulans, nihil tam fugiendum animo conceperam meo, quam ullius reprehensionis acrimonia grauiori subditorum irritamento occasionem præbere. Et ob id, quarumlibet disceptationū sinuosis ambagibus studiose vitatis, non tam mihi curæ sumpsi propositos articulos redarguere, quam exhibitione nouorum verè paternum, eximumque studium suæ Maiestatis Catholicæ simul & ipsius summam clementiam erga Subditos, paucorum culpa iam afflictissimos, quoad eius in me fuit, testatissimum reddere.

Hos autem ipsos Articulos paulo post à me exhibitos licet iustissimis de causis speraram omni ex parte placituros fuisse: tamen Celsitudines Vestræ (ut opinor) penitus inspecta qualitate huius exulceratissimi sæculi, ipsaque morbi grauitate maturius expensa,

CLVIII.

quo infelix Belgica Prouincia modo laborare dignoscitur, id pro scopo tunc habuisse videntur, dexterimos & sagacissimos mediatores solerter ut imitarentur. Qui ad eum modum suas plerunque actiones disponere solent, quod videantur quasi ex charitate ac mero iuvandi studio utramque partem æqualiter oppugnare voluisse. Adeo res ipsa tandem patefecit neutrius partis articulos per omnia vobis arrisisse: sed potius utrosque hinc inde ad æquabilioris censuræ li-
mam reuocatos, tertio generi articulorum probabilem occasionem dedisse.

Quibusdem nouis articulis vestris, tum mihi, tum Ordinū Mandatarijs ex aduerso rite communicatis, nihil tum prius, tum potius subeundum duxi, quam contentis articulorum diligenter ex ordine Iustratis etiam occultas rationes sedulo peruestigare. Quia in re post paucos dies isti negotio impensos, eosque sanè profeceram, quod in memoria fuerit nulla, quin de oportuno & categorico responso suæ Maiestatis nomine, etiam ex tempore profiteri semper fuerim par-
tissimus. Et sane id oppidò quam lubens tunc re ipsa præstissem, si modo ne aduersarij inter cætera prætexentes angustiam suorum mandatorum, necesse habuissent propositos ad Pacem articulos desti-
nare cum primis Antuerpiam ad Collegiū ipsorummet Ordinum, à
quibus mandata potius ad audiendum & tractandum, quam ad fina-
liter concludendum accepisse videbantur. Fuere autem dicti Articuli ad Ordines (ut præfertur) consulendos ipsorum Mandatarijs Coloniæ traditi mense Iulio præterito, non sine calcaribus valde officiose superadditis, quatenus studio consopiundi huius tam diurni & ca-
lamitosi belli ciuilis sua debita responsa non minus accelerare, quam
maturare vellent.

Accessit præterea ad Eximiæ vestræ solicitudinis vberrimam testificationem, quod cum intelligeretur Ordines de Statu negotij ad Particulares Prouincias relationem verisimiliter facturos fore, Vest. Cels. ne prædicto quidem incitamento cōtentæ, etiam mira quadam benignitate pluries solum ad ipsos Ordines collegialiter Antuerpiæ congregatos, quinimo etiā ad Particulares Prouincias, ipsasque Ciuitates primarias, eatenus vigilanter scribendum duxerint, articulosque conceptos transmiserint. Ego quoque meas literas, vna cum translatis in vernaculo idiomate Articulis tunc temporis pariter addendas putavi, haud sane alio consilio, quā vt populus vbiuis locorū ex peculiari mea scriptione certioratus deenixo Regis studio erga in-
staurationem tranquillitatis publicæ tandem ad veram solidamque Pacem tempestive amplectendam tanto proclivior, & ardentior red-
deretur.

Cæterum quam sobrie hæc ipsa qualiacunque nostra communi-
nia studia profuerint, cui dubium, quin luculenter testentur grauif-
simæ contumeliae dictarum literarum vestris nuncijs, parum abest,
quin

CLIX.

qui vbiuis locorum inaudita quadam proteruia nuper illata ut nec defuerint, qui pro præmio Pacis præconisatæ infelibus Nuntijs etiam læthalia vulnera intulerint. Sed concedatur eiuscmodi quid absque culpa & connuentia Superiorum ob priuatas rixas accidere potuisse. Quid obsecro responderi poterit ad publica Edicta plæris que in locis, tum in Ciuitate Traiectensi, tum alibi fulminata? Quibus inter cætera grauibus sub poenis interdictum extitit, ne cui mortaliū licuerit transmissos articulos habere, tangere, videre, proximoque communicare, multo autem minus ijs, quibus constant, rationibus populo ad salutem inculcare. Tacco autem de plurimis libellis famosis, etiam sub auspicijs sententiæ vel opinionis ipsiusmet Principis Auraici interea temporis ad magis magisque obcæcandum Populum fere vbiuis locorum, etiam sub Celsit. Vestrarum conspectum in hac Ciuitate Coloniensi iamdudum in Vulgus sparsis. Nam & eodem tendunt publicæ literæ ipsorummet Ordinum, iam nuper decima mensis Septembri Antuerpia ad vestras Celsitudines huc Coloniam versus destinatæ. Ad quas superiori meo scripto, licet non nisi breuiter & perfunctorie responderim: tamen decet Vestras Celsitudines pro singulari sua prudentia hoc loco insigniter ponderare, quam obstinata consiliorum determinatione ex aduerso à plærisque Ordinum Capitibus, vel adeo ab ipsomet initio horum motuum semper fuerit laboratum, quo minus vlo vñquam tempore pax coalescere potuerit, etiamue nunc possit. Qua de causa minus sane mirandum, quod Princeps **Auraicus** Ordinesque Aduersarij iam pene continuos quatuor menses Vestras Celsitudines, simul & me debito suo responso finali adeo cōtumaciter defraudarint. Quandoquidem vehemens suspicio apud optimos quoque indies magis ac magis confirmetur, quod firmiter credatur, ipsos aduersarios haud alio fine, & intentione haec tenus responsum illud **absolutum** distulisse, quam vt ne subornatis Populi seductoribus ad perniciosa sua ministeria viriliter exequenda iustum temporis spaciū deforet. Nam eiuscmodi Consilia nisi apud ipsos studiose præcessissent, quorsum obsecro spectarent tot satyrica scripta? tot & tam anxiæ legationes secretæ, tum huc Coloniam, tum ad singulas fere prouincias destinatæ? ac denique tot populares diffamationes contra hunc celeberrimum Conuentum, totque conspirationes contra Articulos propositos? ac postremo tot & tam cauilloſæ Communicationes corundem articulorum? Quarum meritò pude-re debeat omnes illos, qui vel de sano iudicio, aut in pacem synceriter porrecti, vllatenus profiteri audeant. Cæterum illud satis asse- qui nequeo, quænam ratio, aut necessitas ipsum Principem **Auraicum**, Ordinesque impulerit, quod sponte hunc Conuen-tum magnis precibus appetendum censuerint? nisi forsitan sibi etiam gloriandum duxerint in eo, quod homines propemodum **omnes**

CLX.

omnes ; qui publica sapiunt , longe verissimum arbitrantur; videlicet ipsa capita Aduersariorum, non tam ipsam veram pacem , quām pacis tantum verbotenus desideratæ qualēmcunque opinionem hac via apud vulgus sibi astruere voluisse. At ipsi viderint, qua ratione apud Cæfaream Maiestatem, cæterosque Principes se purgent : Cum superioribus literis nihil non de animi candore tam sacrosancte polliciti iam vsque adeo suimet obliuiscantur. Præsertim quod inficiari nequeant, se jam ante annum de hocce Conuentu Pacificatorio sufficienter præmonitos fuisse. Nam ad morarum ludibriæ excusanda prætexere magnitudinem negotij, plus quam abundè confutatur recentibus exemplis Prouinciarum Hannoniæ, Arthesiæ, cæterarumque, & signanter Ciuitatis Buscodensis, quæ hos Articulos diligenter ut primum nuper scrutata, ita vix apta vocabula ad manum habere fuit visa, quibus pietatem, iustitiamque, & æquitatem ipsorum Articulorum satis pro feruore animi collaudare potuit. Quid enim apud eiusmodi Prouincias & Ciuitates nocuit ipsa magnitudo negotij, quo minus cum Principe suo naturali iustis conditionibus etiam tempestiuè se reconciliarent ? Et si forsan respondebitur, dictas Prouincias minus quām debuere, sua commoda intellexisse: considerandum fuerit, an ne tandem iure exprobrari debeat, tam ipsi met Hollandis, Zeelandisque, quām cæteris Ordinibus, qui olim nullo habito ad magnitudinem negotij respectu, etiam recenter ante biennium minore, quām vnius mensis spacio, Pacem Gandauensem, nedum post debitas communicationes vltro citroque habitas, in scriptis redegerunt, quinimo & breuissimarelatione Ordinibus facta, etiam citra moram & stipulati sunt, & publicarunt. Quocirca planè ridiculum videtur, allegare magnitudinem negotij: cùm nulla proponi queat restam ardua, tantique momenti, cuius in deliberatione exitus non reperiatur, si modò ne proba voluntas desit. Quam apud Principem Auraicum, Ordinesque Antwerpenses vehementer nunc desiderari, longe notius est, quām vt demonstrato egeat.

Ex quibus igitur prænarratis omnino euidenter constat, quod Serenissimus Rex Catholicus omni tempore semper fuerit paratus Populo Belgico optatam pacem verè, clementer, ac paternè largiri ; quodque iam integro octennio continuo vniuersæ suæ actiones, & consilia haud aliud quippam reuera præ se tulerint, quām puram in uitationem Subditorum ad tempestiuam extictionem belli : sine qua nec Populus ad veram tranquillitatem peruenire, nec Prouinciæ vsque adeo iam attritæ , vlo vñquam tempore reflorescere poterunt. Vsque adeo, quod Sua Maiestas inter ea temporis nullam vñquam occasionem sibi excidere fuerit passa, qua non ad instar parentis pientissimi laborantium Subditorum fluctuationi sponte occurrens, quiduis eorum alacriter præstiterit,

CLXI.

quæ ad flectendum populum quomodolibet profutura credidit. Nā (vt ante dixi) Ducem Albanum cum suis ob id, quod Populi gratia illos excidisse fuerat subodoratus, ad se in Hispanias reuocauit; & quidem surrogato Commendatore maiori, homine ad pacis quam belli negotia longè exercitatiore. Præterea vel leuiter tantum rogatus, mirum dictu, quanta promptitudine suos olim Legatos, viros nondum Patritios, & patrios, quinimo & Pacis appetentissimos deinceps ad Conuentum Bredensem alegarit. Ut nec taceam de summa Gubernaculorum generalium tunc sponte delata supremo Senatui rerum Status. In quo, vnicō tantum Hispano togato excepto, cæteri omnes de gremio vasallorū Belgicorum fuere. Misit insuper per medios fluctus Regni Galliæ, non sine termaximo periculo, colendæ memoriæ Ioannem Austriacum, filium vt glorioſæ memoriæ Caroli Quinti Imperatoris, ita suum fratrem longe charissimum. Qui consequenter suos Legatos etiam mira alacritate destinauit ad Conuentum Louaniensem. Postremo etiam eadem sua Maiestas me huc destinauit Coloniam, tamquam periculū facturus, num quod superioribus medijs protrudi nequiuuerit, saltem hocce tam excello ac sublimi medio Cæsareo adhibito, vel tandem post tot labores huic negotio impensos, felicem exitum fortiretur.

Econtra vero Princeps Auraicus vna cum suis Aſſeclis (quorum haud dubie fortuna bello sustinetur) nihil aliud in hodiernum vsque diem præſtitere vñquam quam studio propagandæ ſuæ illegitimè dominationis corā infelici populo desiderium pacis publicè quidem ſpeciosis verbis ostētare, aſt nihilominus omnes ingenij neruos clā intenderet, ac tū vt, quoad eius rei sit, perpetuo agatur, vſus ad eum finē stragemate conduplicato: Nā ſicuti totus ſemper fuit in eo, vt quā profundissime imprimeret vniuerso Populo diffidentiam obſeruationis promiſſorū Regiorū, & signāter vero de ſua clemētiac misericordia, ita veritus, ne forſan ex eo capite non ſatis robusta minusue tuta ſua cōſilia euafura forēt, nihil potius habuit, quā priori laqueo pariter ex cauſa plantationis nouarū ſectarū, etiam ſecūdum ſuperaddere, haud dubie aliū potius loco illius ſecundi adhibitus, ſimodo credidifſet quicquā excogitabile fuiffe, quo Regis tanti ſui benefactoris animum magis percellere magisue compungere, aut etiā vrere potuiffet. Eſt enim res vniuerso Belgio manifestissima, quā immensa ſollicitudine idē Auraicus, etiam poſt inchoatū huncce pacificatorium Conuentū laborarit circa fabricationem impia, ac monſtroſa illius vnionis Traiectensis, & quantopere ſemper conatus fuerit, Religionem Catholicaſ Romanam vbiuſ locorum extirpare, ac illius exercitium tollere: prout ne hoc quidem tempore adhuc ceſſare defiſit. Tantumdem ſi ad Pacis conamina reſpexiſſet, iam ante aliquot menses pacce optatissima ſubditi potiti fuiffent: verum hæc ſuo tempore curæ erunt Omnipotenti Deo: tantumq̄ue ſufficerit veram origi-

CLXII.

nem continuandæ (proh dolor) calamitatis Belgicæ obiter attigisse. Vnde etiam Imperium, parum abest, quin vniuersum, non sine maximo dolore suæ Maiestatis grauissima sua dispendia peculiariter patitur. Nec dubium, quin tractu temporis longè grauiora passurum, nisi tempestiuè ratio quædam secura ineat, qua vel horum motuum notorij authores ad moderatiōra consilia capessenda oportunis medijs pertrahantur, vel si omnino contumaces esse pergent, etiam iniuiti cogantur. Nam vt tantus Rex inter cætera, quæ duriora ab se extorqueri patiatur, ea, quæ ex Diametro pugnant, cum suo honore, suaque conscientia, & iureiurando olim tam frequenter, in singulis septendecim Prouincijs adeò deliberatè ab se reiterato, vt nec dictat, ita nec inter Principes Christianos, à Maioribus tradita cōsuetudo eiuscmodi rem adeo fœdam quoquomodo patitur.

Superest autem, quām purissimè fieri poterit à me, vt respondeatur ad quæstionem ab Amplissimo vestro confessu mihi iam dudum antea propositam. Qua cum primis à me certiorari postulasti, quænam mea, aut potius suæmet Maiestatis Catholicæ mens sit, & voluntas circa Articulos, ad effectum sedendorum motuum Belgicorū, iam dudum antea à vobis conceptos, ac deinceps in alterutrum mihi propositos, hoc est, an acceptandos, an verò illos fore repudiados, aut nostrarum limitationum, vel ampliationum clausulis alterandos existimem? Ad quām propositionem eo, quo me decet obsequio, responderem cupiens, nequaquam celabo vestrás Cels. quod ab initio, quo primum Articulos vidi non pauca notarim, plus quām mediocriter discrepantia, tam ab articulis à me paulo ante propositis, quām ab ea amplitudine potestatis, quam in Belgio suæ Maiest. Catholicæ, tanquam Principi supremo, semper cōpetisse, ac quis iure deberi existimari. Quæ tamē ipsa nectanti facienda iudicaui, quin modò respiciēs ad sublime illud fastigium Sac. Maiest. Imper. tanti Intercessoris, simul etiam ad ingenuum illum candorem, summamq; integritatem, quæ hocce in negotio V. Cels. indubitanter versatos fuisse deprehēdi, longe malim vestræ omnium communi censuræ hac in parte meā subiungere, quām vlliū seuerioris supercilij, aut morosi disputatoris notam apud celeberrimū hunc vestrū Conuentum incurrere. Quod quidem ipsum tanto magis mihi fugiendum duxi, quanto manifestius constat, suam Maiestatem Catholicam omnino nihil tam ex animo desiderare, quām hæreditarijs Belgicis suis Subditis optimè prospectum, ac pientissimè consultum iri. Dij faxint aliquando, secum ut expendere incipient, quantum reuera intersit inter paternum astetum naturalis Principis ac Domini, & simulatam charitatem illius, qui more mercenario, dum se populo venditare, aut insinuare cogitur, illud præsertim sui compendij gratia fugere tenetur, nequa reconciliatio inter Principem, & Populum vlo tempore exortetur. Est enim res manifesta nimis, Principem Auraicum ob præcedentem

CLXI.

dentem transactionem, olim super paterna successione notoriè celebratam, alibi extra Ditiones Regias non habere locum proprium, ubi suo iure esse, caputque reclinare, multo autem minus, vbi anxiā vitam sustentare valeat: imo debitorum mole quodammodo oppressus, ne quidem in ipso Belgio latitare posset casu, quo iustitia instaurata creditoribus consueta iudiciorum tribunalia paterent. Quo circa ut summātī omnia complectar, vtq; etiam suæ Maiestatis Catholice ardētissimus amor, & affectus erga Subditos cuilibet tanto exploratiō euadere queat, dico, & profiteor apertè, quod licet supradictos Articulos, à Celsitudinibus vestris in spem reconciliationis, & solidæ Pacis Belgicæ nuper conceptos & propositos, satis superque plenè, tam verbis, quam factis iam antea acceptari, maximè verò insuscepta reconciliatione tam Ciuitatis Buscoducensis, quam aliorum diuersorum Nobilium, & Subditorum particularium: Tamen de nouo, quatenus opus sit, nomine suæ Maiestatis illos acceptandos censeam, proque acceptatis, laudatis, & sufficienter emulgatis, quantum in me est, haberi volo, & cupio. Illud autem supremi Colophonis loco subijciundum putaui, quod, quicunque hos ipsos Articulos fastidiat, aut reijcendos arbitretur, is, velit nolit, dum intus secum loquitur, confiteri cogitur, se Pacis publice infestissimum hostem haec tenus semper fuisse, ac imposterum perpetuo fore. Datum Coloniae decima Nouembris, Anno 1579.

Carolus ab Arragonia ssc. his: 111

Num. LXIX.

RECESSVS REGIS HISPANIARVM CATHO-

lici Mandatario, Duci de Terra noua, & Ordinum Belgij

Legatis, 13. mensis Nouemb. Anno 1579. *desiderant se post stardum*
publicatus.



Ptarent Sac.Cæ. Maiestatis Commissary, grauiſſimum hoc
Belgicæ Pacificationis negotium, tantis laboribus, mole-
ſtis, & ſumptibus per tot menses tractatum, ad eum finem,
quem & sua Maiestas, & proculdubio omnes expectarunt,
perduci, & pacem, priſtinumque nitorem, Belgio, Dei ope,
& suæ Maiestatis auctoritate, Domini orumque Commissa-
riorum opera, & labore restitui potuisse. Nihil enim illis
gratius contingere potuifſet, quā ſi ingentis ſumptus, & opera laboriosiſſimæ ne-
gotio huic impensæ dulciſſimum hunc fructum, videlicet Belgij cum Rege & Prin-
cipe ſuo legitimo reconciliationem, veramque pacem, quietem, & tranquillitatē
producere, & Deo pacis authori, Christianæque Reipub. atque æternitati offerre
& consecrare licuiffet.

*Recessus comm
enciorum.*

CLXIII.

Cum verò huius voti sui compotes fieri non potuerint, patienter id, quod mutare non possunt, ferendum, & tractationi huic, non eum, quem cuperet, sed quem possunt, finem imponendum censem. Ut autem varia sunt hominum iudicia, & quidam forte temeritati adscribent, quod graue hoc onus, nulla conciliationis spe apparente, susceptum, & protinus non repudiatum sit. Quidam forte maiorem diligentiam, concessionem, vel indulgentiam necessariam fuisse, Dominosq; Commissarios aliquid prætermisso affirmabunt. Quidam verò existimabunt, nondum huic tractationi finem imponendum, sed illos, qui consilium mutaturi, moram purgaturi, & conditiones pacis hic propositas acceptaturi essent, vel diutius expectandos, vel viam illis aperiendam, & demonstrandam fuisse, qua sine ullo impedimento vel scrupulo ad optatam pacis metam tandem peruenire, & huius tractationis aliquem fructum, quamvis serius, percipere aliquando possent. Ita Domini Commissarij ad Cæsareæ Maiestatis & suam auctoritatem tuendam, & conseruandam, & quorundam iudicia conuellenda, aliorum verò ignorantiae & tardiori pacis acceptationi succurrentum, non potuerunt prætermittere, quin loco recessus, & conclusionis huius tractatus ea, quæ sequuntur, tam Catholici Regis Mandatario, Duci de Terranova, quam Legatis Ordinum Belgij exponerent.

Et primò quidem silentio prætereundum non arbitrantur, quod eo ipso tempore, quo suæ Cæs. Maiestati placuit onus sedandi hos motus Belgicos humeris eorum imponere, ex tantis turbulentissimarum tempestatum procellis ac fluctibus, quibus Belgium agitari, et tantum non submergi intellexerunt, aliquem timorem, metumque conceperint, malum hoc tam altis radicibus multorum mentibus infixum esse, ut illi efficacia, & salutaria remedia adhibere, & tot vulnera, tantum non lethalia per hanc tractationem curare, & sanare, vel impossibile, vel difficultimum futurum esset.

Et eam ob rem, aliasq; nō leues ob causas, varijs excusationibus tam arduum onus submissè, & diligenter deprecari, & uitari conatis sunt. Cæterum sua Maiestas tanto, tamque verè paterno erga calamitosas Belgicas Ditiones affectiu, et amore flagravit, ut à sententia sua nullis excusationibus se dimoueri passa sit: sed toties clementissimè ad Dominos Commissarios eo nomine scripsit, ut suæ Maiestatis piæ voluntati diutius resistere, nec potuerint, nec debuerint. Eo autem libentius hoc onus sibi imponi passi sunt, quod populos Belgicos, vicinos suos, lametabilis bello per tot annos miserè attritos, commiseratione dignos exstumarunt, ipsq; ex animo condoluerunt: & spem non vulgarem pacis conciliandæ ex eo conceperunt, quod Regem Hispaniarum nihil aliud ab Ordinibus & subditis Belgij petere, & exigere intellexerunt, quam ut Catholica Romana Religio conservetur; & Regi sua auctoritas, & obedientia integrâ maneat, & præstetur; quodque ex literis Ordinum Belgij, 8. Ianuarij, Anno 78. ad Cæsaream Maiestatem datis (quarum exemplar sua Maiest. ipsis transmisit) cognoverunt; Ordines Belgij suæ Maiestati sanctè affirmasse, & pollicitos esse, quod nunquam fuerint, nec sint, nec futuri sint alterius sententia, quam ut in Belgio Catholica sanctæ Romanæ Ecclesiæ Religio colatur, & sua Regi constat authoritas. Cum igitur in hoc totius controversiæ statu, à Regis sententia sancta promissio Ordinum Belgij non differre

CLXV.

differre videretur, tanta spes pacis constituendæ affulsit, ut Domini Commissarij eo promptius & alacrius hoc munus suscepint: præsertim cum Ordines Belgij in VVormaciensi etiam Conuentu, anno præcedenti celebrato, tam aliorum Principum & Ordinum Imperij, quæm ipsorum Dominorum Commissariorum Legatis Patriæ suæ calamitates diligenter exponi, ipsorumque auxilium & fauorem implorari, & tam Catholicæ Romane Religionis conseruandæ desiderium, quæm fidem & obseruantiam suam in Regem Hispaniarum allegari curarint; & postea etiam pari ratione, quemadmodum per Regem factum, Cæsareæ Maiestati causam hanc submisserint, & in Coloniensem hanc tractationem consenserint. Quis enim non sperasset, parte utraque circa hunc controversiæ statum, in eandem sententiam concurrente & consentiente, pacem Dei ope conciliari posse? Quis Ordines & Subditos Belgicos tantas Patriæ suæ calamitates, & Cæsareæ Maiestati Imperij Ordinibus, ipsorumque Dominorum Commissariorum Legatis exponentes, eorumque auxilium implorantes, vel auctoritatib; eorum, quorum auxilium implorarunt, parum delatueros, vel ad hunc Conuentum per Cæsaream Maiestatem indictum, Legatos suos serius, & sine legitimo Mandato missuros, vel quicquam, quod ad proprias calamitates quæm ocyfissimè amouendas prodesse posset, prætermisuros, cogitare vel diuinare potuisset? Quis non sperasset, Ordines & subditos Belgij oblationis, allegationis, & sanctæ promissionis suæ memores futuros, nihilque facturos vel petituros, quod illis consentaneum non esset? Quis Ordines & Populos Belgicos tam diutinis bellis attritos & fatigatos, cessantibus etiam & sublatis sumptorum armorum causis, promptiores ad hoc calamitosum bellum continuandum, quæm ad pacem benignè oblatam amplectendam futuros existimasset? Quis denique submissionem utriusque partis, Cæs. Maiest. pari ratione factam, & expressam huius Colonien. tractationis ad probationem tantopere mutandam & restringendam, & Cæsareæ Maiestatis, & Dominorum Commissariorum verè paternum affectum, studium atque laborem irritum fore, sperare vel credere potuisset? Quanquam autem Domini Commissarij, omnibus his de rebus optima queque sperantes, eo ipso tempore, quod Cæsarea Maiest. tam ipsis, quæm partibus præfixit, & sic ante septem integros menses, depositis suis, suorumque Subditorum negotijs, hic se contulerunt, & ad tractationem inchoandam, prompti paratique fuerunt; tamen ex parte Ordinum Belgij, nullos hic Legatos inuenierunt, & ob id cum solo Regis Mandatario, Duce de Terranova hic præsente nihil tractare vel agere potuerūt.

Et licet post aliquot hebdomadas Legati Ordinum comparuerint, Mandum tamen minus sufficiens, & ad sex hebdomadas restrictum exhibuerunt, & in hodiernum usque diem plenius Mandatum (quantumvis non semel petitum & exactum) illis transmissum, tempusque prorogatum non est. Quæ restam in ipso huius tractationis exordio, quæm in progressu, spem de pace conceptam plurimum labefactauit; & Suæ Cæs. Maiest. Dominorumque Commissariorum, pium & diligentem conatum, & laborem magna ex parte irritum fecit. Nam ut ex prioritati utriusque partis declaratione, Religionem Catholicam Romanam, & auctoritatem Regis concernente, & ex pari, eaque indefinita potius, quæm ad certum tempus restricta submissione, magna pacis spes affulsit: ita vel in ipso limine

CXVI.

huius conuentus ex Mandati defectu prioris declarationis & submissionis mutatio apparuit, & spes pacis (præsertim vniuersalis) magnopere debilitata, vel potius planè sublata est.

Cum enim Ordines Belgij, ne de Mandato quidem Legatis huc mittendis dando conuenire potuerint; sed Arthesij, Hannonien, & quidam alij priori declarationi, & promissioni de conseruanda Catholica Romana Religione inhaerentes, ad petendum & defendendum alterius Religionis exercitium, nullos huc Legatos mittere voluerint; sed cum Principe Parmense, alijsque Regijs ministris de pace tractare & trāsigere maluerint; Alij verò liberum illud exercitium præcipue Legatis manuari debere contendenterint, illisque illegitimum, insufficiens, incertum, ad instructionem non exhibitam se referens, & submissionem indefinitè factam ad sex hebdomadas restringens Mandatum dederint; & præter alias manifestas mutationes, & innovationes, inter senouas confæderationes statim in initio huius tractatus, & intra terminū Legatis suis præfixū erexerint; & sic tacitè & ipso facto Mandatum suis Legatis datum, vel reuocarint, vel plurimum labefactarint, & terminum prorogare noluerint, vel sine consensu extraneorum Principum (cum quibus se tractationem iniisse scripserunt) non potuerint: certè tot tantique defectus Mandati, & tantæ distractiones & mutationes, non potuerunt non spem omnem de vniuersali pace concilianda prius conceptam, Dominis Commissarijs eripere, eiusque viam planè præcludere. Hinc enim factum est, quod nec cum Arthesij, & Hannonienibus, alijsque nullos hic Legatos habentibus, quicquam de pace tractare, nec illis, salua fronte, & instructione sua, & in iuncto Regis Mandatario, authores esse potuerint, ut cum Rege suo se non reconciliarent, vel à pace cum Regis ministris inita resilirent. Hinc etiam factum est, quod cum reliquarum Provinciarum Legatis, legitimo et sufficienti Mandato cascentibus, nec de Inducijis, & Induciarum conditionibus, nec de caussa principali quicquam certi, vel intra brevissimum terminum iisdem Legatis præfixum, vel postea tractare & concludere potuerint. Estque summa admiratione dignum, quod illi, qui intra plurimos Menses, & in hodiernum usque diem, de formula certi Mandati suis Legatis dandi vel mittendi conuenire non potuerunt, totius huius gravissimæ controversiæ decisionem intra cancellos sex hebdomadarum concludere & coarctare conati sunt; præsertim cum Legati Ordinum eiusmodi non tam media, quam extrema, prioribus promissionibus & pacificationibus illis, quas ipsi Legati duodecima lunij totius huius tractationis fundatum esse allegarunt, parum conuenientia proposuerunt: ut vel sensus communis dicet, tam arduam controvrsiam intrasex hebdomadas conciliari & decidi non potuisse.

Quanquam autem haec omnia Dominis Commissarijs iustissimam caussam præbere potuissent, saltem post præfixas sex hebdomadas, vel post duodecimam Iulij quo die Legati Ordinum dixerunt, quod in ullam vltiorem tractationem progressi nollent, omnem pacis spem abiciendi, & protinus hinc discedendi: Ne tandem officio suo ullo modo deessent, vel quicquam prætermitterent, quod Commis- sioni & Instructioni Cæsareæ consentaneum, & ad vicinas Ditiones Belgicas mi- serè

CLXVII.

serè concusſas & afflictas, à belli flagrantis incendio liberandas prodeſſe posſet, non ſine tadio, labore, & ſumptibus grauiſſimis, per Septem integros menses hic manferunt, tractationemque continuarunt. Utque ex prioribus pacificationibus, varijsq; scriptis & actis intellexerunt, Ordines Belgij non tam ad nouam Religionem inducendam, eiusque exercitium defendendum, quam ad amouendum ſeu- rius quorundam imperium, expellendum extraneum militem, priuilegia conſeruanda, libertatem commerciorum restaurandam, & inſolitas collectas, & exæcti ones auertendas, & ſimiles politicas ob cauſas arma contra Regem, eiusue miniſtros ſumpſiſſe.

Ita ſummo studio & labore has belli, & ſumptorum armorum cauſas per propositas pacis conditiones è medio tollere conati ſunt, ut ita ceſſante cauſa effe- ctus quoque ceſſaret. Et non dubitant, quin omnes boni & pacis studioſi, confeſſu- riſint, propositos politicos pacis articulos, non finiſtrè, ſed dextrè & candidè ac- ceptos, et interpretatos, ad tollendas omnes hac tenus per Ordines Belgij allega- tas calamitosi huīus bellī cauſas, cōmodiſſimos eſſe; maximè, cū Domini Cōmiffarij ad promouenda illa, quæ ad firmam & inuiolabilem huīus pacificationis obſerua- tionem, & ſic ad utriusque partis plenam ſecuritatem forte adhuc neceſſaria, vel utilia cenſeri poſſent, ſe non ſemel obtulerint.

Et ſi quis exiſtimet, preter politicas controuerſias etiam ſeueriora contra alienæ religionis homines decreta, cauſam huic bello dediſſe; is quoque, ſi articulos pacis per Ducem de Terra noua in cauſa Religionis propositos, ſincero animo le- gat, & perpendat, non poſteſt non fateri, per eosdem talem quoque ſeuerioratatem ita mitiſatam, ut nemo iuſtè conqueri poſſit, Regem ſub prætextu Religionis, vel in corpora ſubditorum ſeuire, vel bona illorum appetere, & confiſcare, veletiā ipſorum conſcientijs vim in ferre velle: ita ut nullam elabendi, & corpora, bona, vel conſcientias ſaluandi viam habeant: niſi contra ordinarium Magiſtratum, & ſic contra ipſius Dei ordinationem cum innumerabilium corporum & animarum periculō bellum gerant.

Quæ cū ita ſint, Domini Commiffarij mirantur non immeſitō, quamobrem ad æquifſimas pacis conditiones, omnem belli continuandi neceſſitatem, & com- minatæ priuationis & deſertionis prætextum è medio tollentes, & vel ipſis Le- gatis Ordinum decima octaua Iulij fatentibus, propius & mentem & intentionem Ordinum accedentes, intra ſedecim hebdomadas ab Ordinibus certum reſponſum, quamuis aliquoties petitum & exactum, non acceperint. Eo excepto, quod ſoli Buscoducenses ſanioribus viſi consilijs, reſponderunt eadē pacis conditiones ſibi placere; & Transyſſulanii 13. Septembriſ reſponderunt, ſe reſolutionem ſuam Do- minis Commiffarijs proculdubio placitaram, ad generales Ordines miſiſſe; & Va- lencenſiſ ſe Regi, & Principi ſuo legitimo reconciliari, & conditiones pacis Arthesijs & Hannoniensibus confeſſas acceptare velle, non obſcurè indicarunt; & in initio Septembriſ Antwerpiaſes, & Brabantiae ac Geldrie Status, Ordinesque generales aliquā ſpē certi reſponſi, opportuno tēpore trāfmittendi, Domi- nis Commiffarijs fecerunt; & tandem Tornacenses, Tornesiens, & Noiomaga- genses, reſponſum ſuum Antwerpiaſ transmiſſum eſſe, buſ ſcripſerunt; & po- ſtremo etiam ipſi Ordinum Deputati Antwerpiae congregati, in literis ſuis vice- sima

CLXVIII.

sima Octobris datis, aliquot dierum dilationem petierunt. Sed cum Buscoducens
 sum causa iam dum transacta sit, & Dominorum Commissariorum præsen-
 tiā non requirat; & Valencenenses vicinis suis Arthesys & Hannonien-
 bus, cum Rege reconciliatis, se maluerint adiungere, quām Dominorum Commis-
 sariorum opera vti; & Transffulanorum, Tornacensium, Tornesiensium, &
 Nouiomagenium resolutio ex Antwerpia nondum huc sit missa; illisque & alijs
 pacem amantibus, etiam hoc conuentu dissoluto, per viam paulo post demonstran-
 dam succuri posse; & Ordinum Brabantiae, generaliumque Ordinum deputati, in
 literis suis 6. Id. & 10. Septembris Antwerp. datis, ab acerba & odiosa veterum
 altercationum renovatione & resuscitatione, & quorundam iustissimorum, &
 ad inducendam veram anteactorum obliuionem, & aequalē omnium recōciliati-
 onem planē necessariorum articulorum ipsiusque Edicti perpetui & sic præcipuis
 ferē fundamenti totius huius tractationis sinistra interpretatione & impugna-
 tione non abstinerint, nec opportunum tempus responsi transmittendi ex-
 presserint, nec ullam ferē spem articulorum acceptandorum, Dominis
 Commissarijs reliquerint, nec illis intra præfixum peremptorium terminum,
 nec intra tredecim hos dies eundem terminum sequentes, responsū pro-
 missum transmiserint; nec cuiquam obscurum esse posse, quod multi ad arma
 potius, quām ad pacem propensi, de hac tractatione, articulisque hic propo-
 sitis, minus candide loquantur, scribant, confingant, & publice etiam im-
 pressis famosis libellis per totum Belgium, & vicinas Regiones spargant; &
 quid in quibusdam locis, Ciuitatibus & Prouincijs minus pacificè factum &
 conclusum sit; nec Arnhemenses in literis suis decimo sexto die Octobris datis,
 dissimularint, quod malint mortem subire, quām Conditiones pacis hic pro-
 positas (quas acerbissime & odiosissime impugnarunt) acceptare; nec Domini
 Commissarij quicquam vltorius, præsertim in causa Religionis, à Rege, vel
 Duce de Terra noua obtinere, vel illi invito extorquere possint, nec ipsorum
 negotia per tot menses seposita & suspensa admittant, nec reputacioni & au-
 thoritati Cesareæ Maiestatis consentaneum sit, vt se hic diutius frustra, &
 sine ullo fructu detineri patientur: Nihil aliud restare vident, quām vt tan-
 dem tractationi huic finem imponant, hinc discedant, & totum negotium
 Deo Optimo Maximo, Sacrae Cæsareæ Maiestati (cui omnia fideliter relatu-
 ri sunt, & ipsis partibus commendent. Diligenter interim & sedulò Ordin-
 um Legatos) adhortantur, vt quantum in ipsis erit, ex suorum animis
 diffidentiam, exasperationem, & omnem sinistram suspicionem, à sua Cæ-
 sareæ Maiestatis, & Dominorum Commissariorum animis, & proculdubio et-
 iam à Catholicō Rege alienissimam, eximere, ipsisque persuadere conentur, vt
 à diuturnis tempestatibus, procellisque bellorum ad humanioris vita quietem, &
 tranquillitatem transitum faciant, & citra longiorem moram, maximo suo com-
 modo, & incredibili calamitosæ multitudinis, & vniuersi Orbis lætitia, sua Cæ-
 sareæ Maiestati, vel Regi Catholicō, vel Ministro eius significant, se articulos pa-
 cis hic propositos acceptare velle; vt ita dissolutum etiam hunc conuentum, dul-
 cem eius fructum percipere, perque pontem hic constructum, veldemonstratam
 salutarem tabulam, ex tam vasto infinitorum malorum pelago, & præsentissi-
 mo

CLXIX.

mo naufragio ad veræ quietis & tranquillitatis portum transire velenatare, &
sub placido & miti Regis sui Imperio & gubernatione, pristinam felicitatem re-
cuperare, ac & veræ ac diuturnæ pacis innumeris cōmoditatibus frui possint. Quod
Domini Commissarij Belgicis Ditionibus ex animo optant & precantur. Et utri-
que parti benevolentiam, amicitiam, & promptum gratificandi studium offe-
runt: nihil amplius ab eis petentes, vel expectantes, quam ut suæ Cæs. Ma-
iest. & Dominorum Commissariorum pro salute Belgij suscepimus laborem, stu-
dium, sumptus, & operam non vulgarem æqui boni quo consularint. Et sincerè ac
candidè potius, quam sinistrè, & in deteriorem partem interpretentur; & in pa-
cem, vel conditionibus hic propositis, vel, si malint, ea via, quam Arthesij & Han-
nonienses ingressi sunt, conficiendam, omnes neruos intendere, omnemq; operam
collocare non desistant. Publicatum Coloniæ xxiiij. Nouembris, Anno Domini
æ incarnationis millesimo, quingentosimo, septuagesimono.

Gebhardus Electus Colonensis
manu propria sst.

Iacobus Archiepiscopus Treuirensis
Princeps Elect. sst.

Iulius Episcopus VVirtzburgensis,
Franciæ Dux sst.

Otto Henricus Comes in Schwartzemberg sst.

Iohannes Lavermannus sst.

SEQVN.

CLXX.

SEQVNTVR QVAEDAM EX GERMANICO IN
LATINVM SERMONEM TRANSLATA, QVAE IN
corum gratiam, qui Germanicæ Lingue
imperiti sunt, hic ad calcem
adiecimus.

Inter Exhibita, Pagina I. Num. I.



Os VVilhelmus, Dei gratia, Dux Iuliæ, Cluiæ, Montensis, Comes Marchiæ, ac Rauenpergi, Dominus in Rauenstein, &c. notum facimus omnibus & singulis: Posteaquam Romani Imperij Cæsarea Maiestas, Dominus noster clementissimus, præter alios quosdam suæ Maiest. Commissarios, ratione præsentis per Maiest. suam in Sacri Romani Imperij Ciuitate Coloniensi institutione, ac nouiter inchoandæ Inferioris Germanicæ causa Pacificationis tractatione in Commissarium clementissimè nos deputauerit, & ex causis nos mouentibus, nostris Consiliarijs huiusmodi Commissionem loco nostro concesserimus ac permiserimus: quod nos in eum finem præsentes, honestos & charos Consiliarios & fideles nostros Vernerum de Gimmenich, Archisatrapam Ducatus nostri Iuliacensis, Ioannem Lavvernan, & Hermannum Rinck, Præpositum Cluiensem, vtrumque iuris Licentiatum, loco nostro subdelegauerimus; dantes illis plenarium Mandatum ac Commissionem, præfata tractationi commorandi, & omnia illa, quæ nos vigore Cæs. Commissionis, vel alias pro rei requisitione in propria persona facere deberemus aut possemus, sedula ac fideli diligētia loco nostro faciendi & exequendi pro eorum saniori iudicio & posse, in sece ut nihil requiri patientur. Quemadmodum etiam nos illa, quæ præter cæteros Cæsareæ Maiest. Commissarios tractauerint, egerint, ac conculuerint, rata habemus, ac (ut decet) pro nostra parte approbamus, omni dolo excluso, Sigilli nostri secreti testimonio. Datum Dusseldorpij, sub nostro consueto chirographo, die Lunæ 28. Martij, Anno 1579.

VVilhelmus Dux Iuliæ, &c;

P. Langer sst.

Exhibitorum pag. I. Num. II.



Ostqnam ab Imperatoria Maiest. Domino nostro clementissimo nobis, ac Illustriss. Principi ac Domino, Domino Vvilhelmo, Duci Iuliæ, Cluiæ, & Montensi, &c. Principe ac Domino nostro clementissimo, demandatum, commissum, & iniunctum sit, nos huc Coloniam conferre, & Cæs. Maiest. nomine, Pacificationis tractationem inter Regiam Dignitatem Hispaniarum, & vos Generales Inferioris Germanicæ Statutus incipere ac inchoare, ad declarandam erga Cæsaream Maiest. nostram obedientiam, erga partem vtramque amicitiam ac voluntatem, erga pacem ac tranquillitatem nostrum affectum, præsentem tractationem maximo nostrorum incommodo, nobis committi permisimus. Et proinde post nostrum aduentum, vos amicè, benevolè, officiosè, ac diligenter requirendos existimauimus, vt vos ad pacificationis tractationem parare, & eius qualitatis personas ex vobis cum plenaria & sufficienti Commissione ac Mandato sine mora huc alegare velitis, quo tractationem diuina gratia mediante, bonum initium seu principium statui, ac fideliori progressu ad expectatum finem pacificationis negotiū perdici possit. Ad cuius rei effectum Cæsareum hic vobis publicum Saluum cōductum transmittimus, & indubitatam spem vobis facimus, nos in præsenti tractatione ita actueros, vt æquitati non defuisse videamur, ac in nobis nihil requiri possit: cum vobis beneficium præstare simus quam paratissimi. Coloniæ 11. Aprilis, Anno 1579.

Domi-

CLXXI.

Domini Commissarij scribunt ad Generales Status Inferioris Germaniae.

Pag. 2. Exhibitorum. Num. III.



OS Iacobus & Gebhardus Dei gratia Archipiscopi, Treuirensis, Ele^ctus Colonensis, Sacri Rom. Imperij per Galliam, Regni Arelatensis, & per Italiam Archicancellarij, Principes Electores, Dux Vvestphaliae & Angariae: Iulius Episcopus Herbipolensis, Dux Franconia, Vernerus Dominus in Gimmenich, Archisatrapas Ducatus Iuliacensis: Ioannes Lavvermantius, & Hermannus Rinck, iuriis Licentiatj, & Prepositus Cliuensis, Illustriss. Principis Iuliæ, &c. ad hanc tractationem sufficienter subdelegati Consiliarij: Otto Henricus Comes in Schwartzenberg, Dominus in Hohenlanperg, Sac. Cæs. Maest. Consiliarius, & supremus Aulæ Marschaleus, depunciamus Illustrissimis, Reverendis, Generosis, Nobilibus, Honoratis, Circumspectis, ac Prudentibus viris, Generalibus Statibus Interioris Germaniae nostra officia, fauores, ac obsequia paratisima, hoc nostro scripto significates: Quod, posteaquam Potentiss. & Invictiss. Princeps ac Dominus, Dominus Rudolphus II. Electus Sac. Rom. Imp. Imperator, semper Augustus, Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia & Sclauonia, &c. Rex, Archidux Austria, Dux Burgundia, Styria, Carinthia, Carniolia, & Virteinbergæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Dominus noster clementissimus, nobis Pacificationis tractationem inter Illustris. Potentissimumq; Principem ac Dominum, Dominum Philippum, Regem Hispaniarum, &c. Dominum nostrum dilectissimum, amicum & Dominum clementiss. ab una parte, & inter V. Dilectiones ab altera parte, clementissime commiserit ac mandarit, & nos ad eam, quam debemus Cæs. Maest. obedientiam, erga Regiam Dig. Hispaniam, & vos ipsos fauorem, erga Reipub. verò tranquillitatem ac utilitatem, affectionem nostram declarandam, & præcipue quod utramque partem è perniciofa diffidet & summa difficultate in tranquillitatem, pacem, ac concordiam reducere ac constituere valeamus, negotium graue, ac onus difficillimum haud grauare suscepimus, atq; ea causa diebus præteritis ad locum à Cæs. Maest. designatum, Colonia scilicet, personaliter convenimus, & quod statim apud nos vestro nomine per quosdam è nostris, deinde etiā per vestros Mandatarios Cesareus Saluus conductus, quod ex obis vel vestro nomine Coloniæ ad tractationem seu negotium Pacificationis qui ablegarentur seu deputarentur, certò ac tutò pro suo corpore, ac bonis, & ministris, & quos secum habere contigerit, siue terra, siue mari huc illucq; proficiisci possint, requisitus esset. Quod itaque Cæs. Maest. Dominus noster clementiss. nos ad eiusmodi pacificationis tractationem delegaverit, & ad tractationis huius utilia vel necessaria exequenda Cesaream suam potestatē nobis clementissime mandauerit ac commiserit, & nos Illustris. Principis Iuliæ, &c. Domini nostri clementiss. subdelegati Consiliarij, plenaria Commissione seu Mandato instructi huiuscmodi æquani, & iustum petitionem vestram vobis denegare nullo pacto voluimus. Fatemur itaque, ac notum facimus hisce præsentibus propalam omnibus, & singulis vigore harum patentium literarum, quod nos loco, & nomine Cæs. Maest. Domini nostri clementiss. cuius personam in præsenti causa nobis delegatae Commissionis representamus, omnibus, & singulis Dilect. ac Cels. vestrum Legatis, Mandatarijs, Procuratoribus, Commissarijs, ac ad pacificationis imminentis tractationē iam Deputatis, siue in posterum deputandis, ordinandis, constitutendis vel ablegandis, cuiuscunq; etiam dignitatis, status ac qualitatis sint futuri, certum ac tutum, securum ac firmum Cesareum Saluum conductum: idq; deliberato ac maturo consilio dedimus ac concessimus, damus ac concedimus insuper tenore præsentium literarum eo modo, quod V. Dilect. ac Illustr. Cels. vestri Legati, Mandatarij, Procuratores, Commissarij aut Deputati suo corpore, hominibus, ministris ac famulis, bonis, & cum ijs coniunctis, quoescunq; secum habere contigerit, vel equites, vel pedites, vel terra vel mari, securè, certò, tutò, ac sine metu Coloniæ ingredi possint, ibiq; ad eorum commoditatem ac necessitatem commorari, & quoties ipsis libuerit, eorumq; negotia requisiuerint, ad suos redire, vel remeare certò, tutò, ac si ne periculo possint, suumq; Mandatum exequi, ac suis negotijs ipsis inservire liceat, omni

CLXXII.

impedimento excluso & sublato. Mandamus igitur vigore Cæsarei in hac causa Matri-
dati seu Commissionis nostræ omnibus, & singulis Sac. Rom. Imp. Electoribus, Princi-
pibus, Prælati, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, ciuitatū Rectoribus, Cöfiliibus, Con-
filiarijs, Ciuitatibus, Communitatibus, & omnibus Rebus pub. Cæs. Maest. Domino
nostro clementiss. subditis, ac ad illud pertinentibus Ordinibus, & Subiectis, tam Eccle-
siasticis, quam Laicis, cuiuscunq; dignitatis, status ac qualitatis existant, sub pœna Cæs:
Maest. neglecti Mandati irremissibili. Ad nos verò quod attinet, omnes cuiuscunq; sta-
tus, fraternè atq; amicè requirimus, ac monemus, vt velint præfatis Inferioris Germaniae
Statuum huc deputatis Legatis, Mandatarijs, & Commisarijs, eorum hominibus, mini-
stris, corporibus, ac bonis, & quos secum traduxerint, hunc Cælareum Saluum conductū
firmum, purum, certum, & sine villo metu aut periculo seruare, eosq; nullo modo pertur-
bare, villo damno vel impedimento afficere, vel ab alio affici permettere aut ferre nullo
quicunque modo, sed certò, securè, sine metu cum suis corporibus, hominibus, mini-
stris, bonis, terra marique transire, huc illucque proficiisci permittant, ea indubitata spe,
illos omni requisita modestia, prout illis, qui Saluoconductu vtuntur, conuenit, ysuros,
omni dolo & fraude exclusa. In eo præter æquitatem & quod deceat erga Cæs. Maest. sua
obedientiam omnes, qui huic Saluoconductui paruerint, declarabunt, vt par est, suum
erga nos amorem, benevolentiam & amicitiam. Datum Coloniæ xj. April. 1579.

Exhibitorum pag. 5. Num. IIII.

NOS Gebhardus Dei gratia, Electus Archiepiscopus Coloniensis, Sacri Rom.ⁱ
Imperij per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Dux Vvestphaliae,
& Angariae, notum facimus omnibus & singulis: Posteaquam Sac. Cæs. Ma-
iest. Dominus noster clementiss. ex Christiano pacis aido zelo, seu paterno
affectu, quò difficiles bellicæ perturbationes ac motus Burgundicarum Inferiorum hæ-
reditariarum Prouinciarum penitus & in vniuersum tolli possint, pax & tranquillitas
denuò reduci ac plantari queat, ad utriusque partis consensum, pacificationis tractatio-
nem in ciuitate nostra Coloniensi instituerit ac indixerit, & nos præter cæteros nostros
fratres, nepotes, & consanguineos cum Electoribus ac Principibus, nostris dilectis
Dominis, & amicis nostris ad eam requisuerit, ac deputauerit commissionem, ad o-
bedientiam & submissionem, qua Cæs. Maest. obstricti ac obligati sumus, & ad affectu
nostrum erga Reipub. & præfatarum Prouinciarum prosperitatem declarandā suscep-
mus. Verùm quod ab Illustris. Principe, ac Domino, Domino Matthia, Archiduce Au-
stria, Duce Burgundia, Styria, Carinthia, Carniola, Virtembergæ, &c. Comite Habs-
burgensi, & Tyrolis: præterea ab Illustris. Reuerendis, Honorabilibus, Doctissimis, ac
Prudentibus Generalibus Statibus earundem prouinciarum, amicis nostris, Saluu con-
ductus, quò eorum Deputati ac Legati certò ac tutò pernostras Prouincias ac Dominia
ad designatum pacis tractandæ conuentum ac locū proficiisci possint, tam scripto quam
verbis requisitus sit: Quòd nos idcirco nominatis Legatis ad designatum diem & locū
cum suis ministris, ac alijs ad profectionem necessarijs rebus per nostrum Archiepiscopatu-
m, & Dominia, terra & mari proficiisci ac trânsire certò ac tutò possint, Saluoconducto
concesserimus ac assignauerimus, & tenore harum patentium literarum etiamnum con-
cedimus ac assignamus pro nobis, nostris prouincijs, vasallis, seu fidelibus ac subditis, &
pro ijs omnibus, qui in nostra potestate sint, nostraque voluntate quid facere aut permit-
tere debeant, aut velint. Ea tamen ratione, vt præfati Statuum Legati cum suis, & sibi
adiunctis, erga subditos nostros absq; damno & incommodo eorum, vt par est, ijs, qui
Saluumconductu obtinuerunt, se gerant. Mandamus igitur omnibus, & singulis nostris
Satrapis, ac Officiarijs, Prefectis, Scholtetis, Telonarijs, Cöfiliib. Cöfiliarijs, & in cōmuni
omnibus Officiarijs nostris, citra vel ultra Rhenum, serio & distrecte, & volumus præfatis
Statuum inferioris Germaniae Deputatis & Alegatis hunc nostrum datum ac conce-
sum Saluumconductum firmiter & inuolabiliter vt seruent, nec vlla ratione permittant,
si videlicet se se (vt supra declaratum) gerant, vllum illis damnum inferri, aut vlla incom-
moditate illos affici patientur, sub pœna transgressionis Mandati nostri. Ita enim man-
datum

CLXXXIII.

datum ac voluntatem nostram fideliter exequentur, Sigilli nostri secreti adhibita cofroboratione. Datum in Ciuitate nostra Coloniensi 8. Aprilis, 1579.

Gebhardus manu propria sst.

Ioan. Kempt sst.

Exhibitorum pag. 6. Num. V.


OS VVilhelmus, Dei gratia, Dux Iuliæ, Cluiæ, Montensis, Comes Marchiæ, & Rauensperi, Dominus in Rauenstein, &c. notum facimus, & significamus nostris Archisatrapis, Satrapis, Prefectis, Iudicibus, Scholtetis, ac Consulibus, Consiliarijs, Rebus publicis Ducatum ac Prouinciarum nostrarum omnibus, & singulis, cuiuscunque dignitatis, qualitatibus vel status fuerint, ad quorum manus haec literæ peruererint, vel ijs requisiti fuerint: Qualiter & quomodo Illustriss. Princeps, dilectissimus noster Neppos & Affinis, Dominus Matthias, Archidux Austriae, Dux Burgundiæ, Styriae, Carinthiæ, Carniola, & Virtemberge, Comes Habsburgi & Tyrolis, nobis vna cum Generibus Statibus Inferioris Germaniae scripto declarauerit, se Coloniam ad presentem pacificationis tractationem suam Legationem ablegare constituisse, & proinde se nostrum Saluum conductum illis impartiri ut haud grauate velimus, amicè petere, ac requirere, in re tam utili, tamq; fructifera eorum voluntati quod acquiescere nobis conuenierit. In illum finem omnibus & singulis nostris Satrapis, Officiarijs & subditis districte mandamus, prefatam Legationem cum omnibus suis ministris, equis, & alijs rebus ad ipsos pertinientibus, quod si per nos Ducatus, Terras & Dominia nostra, terra vel mari transire contigerit, ut non solum eos Saluiconducti iure habeant, vel excipient, ne scilicet retardentur aut impedianter, sed etiam ad eorum requisitionem comitatu ac viuo Saluiconducto illis ut prouideant, minimeque ferant ne vis aliqua ijs inferatur, sed econtra omne iuuamen ac praesidium exhibeat ac præstetur. Quemadmodum hoc ab omnibus, & singulis nostris futurum confidimus, atque ita nostræ sententie & voluntati satisfiet. Ad fidem faciendam consueto nostro more haec subscripsimus, & secreto nostro sigillo subsignauimus. Datum ex Arce nostra Monreberga, decima mensis Aprilis, Anno 1579.

VVilhelmus Dux Iuliæ sst.

Exhibitorum pag. 8. Num. VII. Item Exhibitorum pag. 10. Num. VIII. solum mutandis mutatis Statuum nomine, eiusdem tenoris literæ fiduciariæ Legatis datæ.


Euerendissimi Electores ac Principes, Reuerendi, Nobiles, ac docti obsequium, fauorem, ac benevolentiam nostram ante omnia vobis offerimus. Posteaquam Sac. Cœf: Maiest: Domino clementiss, ac fratri nostro ex Christiana & paci mirum in modū addicta paterna affectione, prævia Regiæ Dignitatis Hispaniarum voluntate & consensu diuina gratia, per Maiest: tamen eius intercessionem in vrb: Coloniensi pacificationis tractationem inchoandam esse, Sacræ Cæsareæ Maiestati placuerit, & has perturbatas Prouincias, eorumque subditos ab hoc diutino ac nocentissimo bello liberandas, quo pax ac tranquillitas constitui poscit: Ad quem finem etiani Dilectiones vestræ, ac vos cæteri in propria persona parati & prompti Coloniam comparuistis. Et quod nos præter Generales Status harum Prouinciarum nihil melius aut optabilius à Deo Omnipotente, quam firmam ac pacem solidam, Diuina voluntati conformem expectare aut sperare possimus, speremus etiam ac exoptemus: Ad pacificationis commemoratam tractationem Illustrissimum Principem Philippum de Croy, Regiæ Dignitatis Hispaniarum, & cæt. Equitem aurei Velleris, Ducem Arlachotiae,

CLXXIIII.

Principem Chimay & Porciennæ, Comitem in Beaumont & Senningen, &c. Auunculū nostrum, etiam Reuerendos, Nobiles ac doctos, dilectos nostros, Ioannem de Linda, Prælatum S. Gertrudis Louanij, Fredericum de Diue, Prælatum in Maroille, nostros & Consilij Statuum Consiliarios, Buchonem Aittam, Præpositum S. Bauonis Gandaui, & Archidecanum Iperensem, Casparem Schetz, Dominum in Grobbendonck, Principalem seu Thesaurarum Generalem Financiarum, Franciscum Doignes, Domimum in Beaurepaire, Beaumont, &c. Adolphum à Meeckercken, nostrum & Consilij Statuum Consiliarium, Adrianum de Myla, vtriusq; iuris Doctorem, Bernardum de Merode Equitem, Dominum in Rumme, & Aggum Albadam, vtriusq; iuris Doctorem, Coloniam cum instruptione & plenaria commissione ablegauimus: vt Dilect. V. ab ijs presentibus, & coram constitutis intelligent. Requirimus interim V. Dilect. & vos ipsos amicē, vt velint his nostris & Statuum Legatis non solum in ijs, quæ ab ipsis commemorabuntur, & quæ vobis nostro nomine proposituri sint, vt nobis ipsis plenaria in fidem habere, sed ad ea ita se se ijs exhibere ac declarare velle, vt vestris Dilectionibus, Electoribus ac Principibus, & præcipuis Sac. Rom. Imp. membris seu Ordinibus, ad harum Regionum solatium ac paci salutari constituedae ac firmandæ conueniat, & prout rei rationem id requirere cognoscitis. Quod etiam à vobis futurum speramus, ac confidimus, cum oblatione nostrorum officiorum. Datum Antwerpia 24. Aprilis, Anno 1579.

Matthias Dei gratia Archidux Austriae, Dux Burgundie, Styrie, Carinthia, Carniolæ, Vvirozemberge, Comes Habsburgi, Tyrolis, &c. & a Generalibus Inferioribus Statibus vnanimi consensu receptus & electus Gubernator, & Capitaneus Generalis.

Matthias sst.

I. à Langen sst.

Superscriptio talis erat,

Reuerendiss. Illustriß. Sac. Rom. Imperij Principibus, ac Dominis, Electoribus, Generosis, Nobilibus, Sac. Cæs. Maiest. Commissariis, paci per Belgum concilianda Delegatis.

Coloniæ.

Exhibitiorum pag. 72. Num. XXXI.

Illustrissimi, Reuerendi, Generosi, Nobiles, Venerabiles ac docti amici ac Domini: Nos minimè dubitamus, Dilectiones vestras ex literis nostris, atque etiā rumore ipso deferente intellexisse, nos Coloniā vigore Cæsareæ Commissionis, ad Pacificationis tractationem Dei nomine inchoandam, conuenisse ac comparuisse, nec nos Dilect. V. neque vestro nomine ablegatos tempore definito & constituto loco, ibidem, vt par erat, reperiisse, sed ad septimanarū aliquot spatiū nō leui nostro damno expectauisse. Et quamvis nullum nobis dubium suboriretur vestras Dilect. seu vestros Deputatos ad Cæs. Maiest. Domini nostri clementissimi paternam ac zelosam requisitionem cum sufficienti Mandato ac Commissione, quemadmodum à Regiæ Maiest. Hispaniarum parte mature factū, vestros huc ablegados esse, præter spem tamē nostram aliter evenit, quod à vobis ipsis & vestris Legatis exhibitum Mandatum præter cæteros defectus, quos & vestris Legatis declarauimus, ac explicauimus, limitatum esset, ac ulterius fese, quam ad sex septimanarū interiuallum, à die exhibitionis mediorum, seu Articulorum pacificationis vestrorum Legatorum initium faciendo non extenderet, ac prorogaretur. Intra quod temporis spatiū, licet omni diligentia ac labore in hoc Pacificationis negotio perstrādo progrederemur, præsentis tamen tractationis exoptatum finem præter nostram etiā expectationem assequi vel contingere minimè tamen potuimus. Quod itaque præfatum tempus ac terminus, in Mandato assignatus, iam maiori ex parte effluxerit, Sac. Cæsareæ Maiestatis, Domini nostri clementissimi nobis delegatam Commissionem sine fructu ac commodo dilabi minimè nobis vel ferendum vel admittendū sit, Sed quod ad vestrarum Dilectionum propriū emolumentum, ac ad communem ve stram

CLXXV.

Stram utilitatem res hæc spectat, salutarem successum, finemq; prosperum vt cōsequatur, duximus, hæc ipsa vt animo reuoluant, Dilectiones V. requirendas, ac ab ijs petendū esse, vt Legatis suis, quos eius sepiissimè admonuimus ac requisiuius, non solum terminum constitutum, sex scilicet septimanarū, negotij conficiendi aut consummandi prorogēt, sed etiam per ordinarium Mandatum cum necessarijs requisitis, ac sine vlla limitatione, ne eius rei causa defectus appareat, & negotium inchoatū aut impediatur, aut euerteretur, ijs transmittant: & in eo, ac alijs etiam huius rei tractationib; ita se se declarent & exhibeant, quo vestrum ad pacem affectum, eiusq; desiderium omnes haud difficulter intellegant. Quod à vestris Dilectionibus, prout res ipsa requirit, & flagitat, futurū speramus, ac omni officiorum genere ac fauore, præterea vestras Dilectiones prosequi afficerēque studemus, cum vltiori oblatione officij nostri. Datum Coloniae 26. Junij, 1579.

Generalibus Statibus Inferioris Germaniæ.

Literis scedula quædam huius tenoris implicata fuit.



Vobis nos à V. Dilect. ac Celsitud. Legatis etiam nuper spe aliqua affecti fuerimus, se scilicet à Duce de Terra noua exhibita Pacificationis media & articulos vobis, quorum etiam copia ex abundantia adhibita, transmisso, petimus & obnoxie rogamus, ne resolutionem vestram super ijs diutius differatis, sed eam cum præfata Commissione ac Mandato plenario & prorogatione, etiam sine vltiori mora nobis transmittatis.

Datum vt in literis.

Exhibitorum pag. 105. Num. L.

Reuerendiss. Illustriss. Generosi, ac Nobiles, & Honorati
cum primis Domini.



Iteras Cels. ac Amplitud. vestrarum, datas 5. Augusti, cum copia seu exemplari Articulorū Pacificationis accepimus, quas, qua decet, reuerentia, heri suscepimus, ac diligenter insuper perlegimus, atq; ab initio pro singulari affectu, sollicitudine ac labore suscepto Prouinciarum communium etiam nostrum nomine cum omni submissione & reuerentia vestris Cels. ac Amplitud. magnas agimus & habemus gratias. Quod autem in vestris literis aliarum quartudam literarum transmissiarum mentio fiat, nullas nos habet nos, præterquam istas, quarum meminimus, accepimus: ac volumus, interim conuocatione facta, pro resolutione ad eas obtinenda diligenter laborare. Obnoxie interim Cels. ac Amplitud. V. rogamus, eo affectu ac præstita diligentia negotium Pacificationis vt continuare velint, quo generales & particulares Prouinciae ad firmam & exoptatam pacem iam tandem peruenire queant. Deo Opt. Max. V. Cels. ac Amplitud. commendamus. Datum è Prouinciali conuentu in ciuitate Zvollen. Actum sub Sigillo eiusdem Ciuitatis, quo pro hac vice vñsumus, die 14. Augusti, Anno 1579.

*V. Amplitud. obsequentijs. Prouinciales, ac Nobilitas,
& Ciuitates Transjulane.*

Superscriptio talis erat,

Reuerendiss. Illustriss. ac Generosi Principibus, ac Dominis, Sac. Cæf. Maiest. paci Belgice constituta Commissariis, Coloniae congregatu, Dominu nostro obseruandis.

Exhibitorum pag. 106. Num. L I.

Reuerendiss. Illustriss. Generosi, ac Nobiles, & Honorati Domini.



Estras Cels. & Amplitud. latere nolumus, qualiter nos in ciuitate Zuolensi in Prouinciali conuentu Articulos Pacificationis constituenda nobis primū, deinde etiā ab Illustriss. Archiduce Austriæ, Gubernatore, & à Generalibus Statibus harū Inferiorum hæreditiarum Prouinciarum transmissos receperimus, atque eos in consultationem ac delibrationem adduxerimus, ac diligenter etiam expenderimus, nostramq; reso-

CLXXVI.

resolutionem in scriptum redactam ad Illustris. Archiducem ac Generales Status transmisserimus, quam nostram resolutionem ab ijs V. Cels. & Amplitud. transmittendam esse putamus: interim resolutionem nostram talem esse significamus, vt V. Cels. eam minime displicituram esse speremus ac confidamus. Submisse interim petimus V. Cels. & Amplitud. manum diligenter adhibere, atque ita in negotio suscepto pacis tractandæ progrederi velle, illudque sine tædio ac molestia continuare, quo Generales hæ Provinciæ ad bonam, firmam, ac Christianam diu exoptatam pacem tandem peruenire valeant. Qua in re Cels. & Amplitud. V. nobis, vt membris ad Sacrum Rom. Imperium pertinentibus, opus Christianis Principibus dignum præstabitis. Quod nos omni officiorum genere rependendum existimamus. Deo Opt. Max. Cels. & Amplitud. V. hisce commendamus, Datum è Provinciali Conuentu nostro è Ciuitate Zuollensi, sub Sigillo eiusdem Ciuitatis, quo hac vice utinamur, die 13. Septemb. 1579.

Reuerendis. ac Illustris. Celsitud. V. deditissimi Nobiles &
Ciuitates Provincia Transyslana.

Superscriptio talis erat,

Reverendis. Illustris. ac Generosissimis Principibus, ac Dominis, Sac. Cæs. Maiest. Commissariis, pacis Belgio constituenda Colonia congregatis, Dominis obseruantib.

Exhibitorum pag. 107. Num. LII.

Sac. Cæs. Maiest. Domini nostri Clementissimi Coloniæ congregati Commissarij.



Estras secundas literas Zuollæ datas, 13. huius recepimus, atque ex ijs intelligimus, vos in Conuentu Provinciali à nobis transmissos Pacificationis Articulos in deliberationem ac consultationem admisso, matura deliberatione expeditisse, ac examinauisse, & super ijs resolutionem scripto comprehensam Illustrissimo Principi Domino Matthei, Archiduci Austriae, amico ac Domino nostro Clementissimo, Generalibus similiter Statibus transmissis, ea ipse, quod resolutionem eam huc ad nos iam transmissam esse, camque ita moderate digestam, vt nobis minime displicituram existimaretis. Ad hæc vobis respondendum esse existimauimus, præter spem & expectationem nostram Articulis 18. Iulij proxima præsentibus Statuum Legatis communicatis, & consequenter Statibus diligenter admonitis, ad hoc usque tempus finalem resolutionem, vel dilatariam satem responsonem nullam nos hactenus recipisse, excepto eo, quod Ciuitas Bulcoducensis iam ante aliquot tempud sibi Articulos à nobis transmissos placere, seq; cum Regia Dignitate, vt naturali suo Domino ac Principe reconciliari, ac in gratiam redire velle constituisse. Proinde nobis minime displicere, neque inconueniens fore iudicamus, vestram responsonem seu resolutionem, quam speramus ad vestram insinuationem ac rerū præsentium statū non infrugiferā negotio Pacificationis fore, nobis huc transmitti. Quod autē negotia longiori protelatione differantur, & pestis cōtagio seu lues aerem inficiat, ac familiæ seu clientelæ nostræ quosdā iam inualerit, nobis constitutum est, non ita diu nos hic moraturos esse, quod etiam Generalibus Statibus significauimus: terminum illis constituentes, quo suam sententiam ac resolutionem finalem ad diem 18. Octobris mensis sequentis scilicet, explicet. Quod si vobis ita que placuerit vestram resolutionem interea temporis nobis huc transmittere, quo apud Regiam Maiest. Hispaniarum, eiusq; Commissarium, ac alios etiam eius locum tenentes, vos iuuare possumus, nos ad eam rem paratisimos esse vobis significamus. Datum Coloniæ, 26. Septemb. 1579.

Superscriptio talis erat,

Validis ac Honestis amicis nostris, Nobilitati, ac Ciuitatibus
Provincia Transyslana.

Hæc præcedentia Exhibita vnâ cum Relatione ad Sac. Cæs. Maiestatem,
in Latinum sermonem translatas sunt per Theodorum Grami-
næcum Ruremondanum, Iuris L.







